Contenta

1. Stanislai Sarnicii Annales Polonorum
2. Io. Innocentii Petricii Historiæ Anni Vigesimi et Vigesimi primi hujus seculi.

DESCRIPTIO VETERIS ET NOVÆ POLONIÆ CVM DIVISIONE EIVSDEM VETERI ET NOVA.

Adiecta est vera & exquisita Russiæ inferioris descriptio, iuxta reuisionem Commissariorum Regiorum. Et Liuoniæ iuxta Odoporicon exercitus Polonici redeuntis ex Moschouia.

AVTHOR AD LECTOREM.

Lechia quidnam sit modo, quæue potentia sceptri,
Lit. Liu. Rus. et Prus. littora quæue tenet:
Scribunt iam multi, quò mente reuoluere possis,
At modo quo cernas dat tibi Sarnicius.



Anno à Iesu Christo nato. 1585.

Sacra ac serenissima Regia

M. D. domine clementissime.

QVEMadmodum à M. vestra Regia delectus ac destinatus fui, vt situm inferioris Russiæ eiusque campestria desolata perlustrarem & reuiderem, id sedulò præstiti & feci. De qua re complura cum Maiestate vestra & verbis & scriptis egi, monstrauiq́; omnia quæ videbantur ad hoc propositũ pertinere. Nunc verò vt magis promererer nouis obsequiis, gratiam M. vestræ Regiæ, curaui (sumptibus non parcens) vt hæc in planiore forma luculentius artificiosiusq́; traderentur, adhibita arte Geographica, & præceptis quæ à literatis hac in parte obseruari solent, vt etiam ab eruditis in aliis Regnis cum celebritate & laude Maiestatis vestræ legi possint. Cumq́; ipse occupatus essem alijs negocijs arduis, vsus sum ea in re opera eruditi et de literis benè meriti viri generosi domini Stanislai Sarnicij, amici mei non vulgaris, qui etiam notus est M. vestræ. Nã cum aliquot vicibus, libris in lucem editis, nomen et victorias M. vestræ vt par erat celebrasset: M. vestra Regia eum pro cliente suo accepit, eique se benignissimum fore patronum declarauit, promissa ei gratia Regia, vt ex diplomate ei tradito liquet. Hic ergo, lustrationis meæ typo accepto, effecit, vt non modo Russiæ sed etiam totius regni Maiestatis vestræ situs, hoc est Poloniæ, Lituaniæ, Prussiæ, Liuoniæ, & quæ paucis ante annis de Moscho M. vestra recuperauit, exactè describeretur: vt vno quasi intuitu veluti in tabella à legentibus cerni possit: quam operam spero gratam futuram M. vestræ, et Reipub. non inutilem, præsertim cum à nemine hactenus istud argumentum hoc pacto tractatum sit. Certè præcipuos olim Reges & Imperatores eiusmodi studijs mirificè delectatos fuisse, ac sumptus ad ea promouenda liberalissimè suppeditasse ex historijs constat. Cumq́; Regia M. tua, haud postremum inter laudatos Reges locum obtineat, non dubium

est, eum quoque pro sua ingenita clementia declaraturam, sibi hunc honestum conatum non displicere, neque in liberalibus studiis promouendis sumptibus parcere.

Datum Warsauiæ primo Kalendas Mar. 1585.

Sacræ ac Serenißimæ Regiæ M. vestræ

Fidelis subditus

Ioannes Sienienius C. L.

Procemium ad lectorem.

SICVTI theologiæ fundamentum sunt scripta Prophetica & apostolica, medicinæ, Galeni philosophia, ita senatoriæ facultatis subiectũ vt vocant, circa quod versatur est historiæ cognitio, & Reipub. benè gerendæ scientia, quam complexus est Plato & Aristoteles. Fatentur autem viri togati se plurimum iuuari in gubernandis Rebuspub. cognitione historiarum, militares etiam viri non possunt dissimulare eiusdem summam vim esse in castris totaque militia. Denique, vt præclarè Cicero dicebat: Ipsa est testis temporum, lux veritatis, magistra vitę, vita memoriæ, adderem ego, parens immortalitatis. Nam ipsa efficit vt morientib. nobis potior nostri pars in terris superuiuat, hoc est, fama bona, immortalitate tincta. Cum igitur vndique sese vtilitates huius diuinæ exercitationis offerant, meritò apud Reges & Principes in precio habetur. Iam si historia grata est cunctis, etiam ea quæ ancillantur historiæ, hoc est chorographia & chronologia meritò gratæ esse debent. Et omnino sicuti Plato neminem admittebat ad suam scholam qui prius non esset versat⁹ in Geometria & Arithmetica: ita meritò illotis manibus dicitur ad historias accedere, cui prius situs locorum, vbi illæ sunt gestæ, & ratio temporum quando nimirum hæ acciderunt, non fuerint cognita. Ideo sicuti commentariis Cæsaris, descriptio Germaniæ & Galliarum est præfixa, ita ego descripturus res Sarmaticas, eiusdem Sarmatiæ typum præmitto, adiuncta supputatione temporũ, vt ita lector locorum & temporum cognitione suffultus, ad cognoscendam hanc historiam, rectius præparatus reddatur, instructiorque ad eam legendam accedat.

DE SITV


SEPTEMTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
MARE SARMATICUM
CURLAND
SAMOGITIA
POMERANI
MARCHIA NOVA
POLONIA
MAZOVIA
IAZYGES
SLAVONIA
DUCA: SLUCK
PRZIPIECZ
BAZARABI
RIA
PARS
Memorabile bellā u d ersam
non remoto ab. aris Alexanjsklo v
ari Magi wi quo Boooo Mos
csov a Sigo Rege cæsactale
Anno Sal 1414
vides hic octo cruces
rubro notatas qua
distinguunt ipsum
corpus Polonia à
circumiacentibus pro=
uinciis, et tamen unitis et
insertis Prima Gorea non remoto à
Syllesia 2 ad Zbaszin à Marchia
3 vltra czarnkouum à Pomerania
4 ad Pijs à Prußia 5. ad zebrow
à Lituania 6 ad Podhaice ab ori=
entali Rußia 7 ad Sniatin à Valachia
8 ad spis ab Vngaria
Vides hic tres uias szliak nocatas frequentibus victis
designari: vna ad Borijstenem 2 ad Buh 3 ad Nestrid
Hac Scijtæ Rußias irrumpere solent, quorum molus Ca-
piductor per speculatores attente considerat, ex altis
cijppis Dictus est autem apud nos campiductor à campis
et solitudinibus, sicuti admiralius à mari apud Gallos,
quos custodire, et securos reddere debet
SARMATICUM mare
Cracovia
Varsawa
Vilna
Kiovia
Leopolis
Memel
Gedann
Smolensko
Orsza
Borisow
Minsk
Starodub
Tokai
constantinopolis
DANUBIUS
BULGARIA OLIM TRIBALI

IIred.

DE SITV ET AMBITV VETERIS SARMATIÆ, EIVSQVE DIVISIONE, IVXTA veterum sententiam.

Diuidebant veteres potißimum regiones suas iuxta decursus fluminum, ad quorum ripas degere consueßent, à quibus congregationes & societates hominum tanquam prouincias quasdam appellare, iam dudum consuetudo obtinuerat. Hinc pagorum cognominis origo deducitur. Nam pagus Græcis πηγὴ fons dicitur. Et qui ex vno fonte bibere & iumenta sua adaquare solebant, pagani cognominabantur, hoc est societates hominum iustæ magnitudinis quæ ad flumen aliquod & valles cum seruis liberisque pecoribus & adscripticijs adeoque tota suppellectili domestica inhabitatum consederant, & non aliter ac corriuales neceßitudine quadam deuincti, felicia & aduersa perpeti paratißimi erant. Hinc Cæsar in commentarijs vniuersam Heluetiam in quatuor pagos diuidit, cuius appellationis vsus etiamnum ab eis retinetur, aucto tamen numero pagorum. In duodecim enim pagos posterius seculum siue regiones, totam illam Rempub. diuidit. Communi igitur mori & consuetudini illius antiqui seculi innitendo, veteres quoque Sarmatæ & Sueui à fluminibus potioribus & littoribus maris, regionibus suis & prouincijs nomina imponere solebant. Vnde Ostrogotthorum, Tirangitarum, Tißigetarum, & Sueuorum nomina prodierunt. Nam Ostrogotthi populi dicebantur, qui ad Istrum inhabitarunt. Tirangitæ, qui ad Tiram, Tißigetæ ad Tibiscum, Sueui ad Sueuum, & sic de cæteris, sicuti mox ex declaratione inferiori patebit. Noticia autem huius historiæ mirè poterit iuuare lectorem, non modò ad intelligendam hanc quam tradimus modò historiam, sed etiam ad exponendos aliarum gentium rerum gestarum commentarios.

VANDALI dicebantur populi, qui habitabant ad flumen Vandalum seu Vislulam. De his dicit Ptolomæus quòd maximam partem Sarmatiarum occuparint. Et Procopius similiter eos maxima spacia ad Istulam occupaße affirmat. Vnde & Venedicus sinus à Ptolomæo & alijs autoribus mare ad littus Prutenicum vocitatur, eò quòd gentes eius linguæ illas regiones etiam tum incolebant. Hi verò populi ab alijs Vinidæ, ab alijs Venedi, Veneti & Heneti nuncupantur, voce quidem nonnihil deflexa sed reipsa, vt liquidò monstrabimus, vna & eadem gens, Vandalica designatur, modò lector iudicium suum paululum suspendat, vsque dum ad finem legendo decurrerit.

MARCOMANI. Etsi autem variè se torquent autores nomen Marcomanorum exponentes, tamen liquet hac voce populos illos intelligi qui ad flumen Morauam habitarunt, à quo etiam nomen sibi acquisiuiße, sonus ipse indicat. Huius gentis Rex Marobudus celebratur à scriptoribus. Floruit verò iste Cæsaris Augusti temporibus, æmulus Harminij Ducis, quorum vterque ab initio illorum bellorum pro strenuis defensoribus Germaniæ sese gerebant. Et certè, nisi fata obstitißent, terribiles formidabilesque potentiæ Romanorum fuißent.

SVEVI populi qui ad Sueuum quem hodie Sprea nominant, habitarunt. Flumen hoc oritur ex montibus Sudeti duobus milliaribus à Budisino vrbe Venodorum Germanicorum. Hi populi etsi Germanis adnumerantur, tamen cum Sarmatiæ populis ob quandam neceßitudinem sese coniungebant, & commilitabant Sarmatis in pugna Carnutana contra Romanorum Imperatorem Antonium Pium in finibus Boemicis, quo Marobudus, illo tempore Augusti, sedes suas ex Morauia transtulerat: attestante Suetonio in vita Augusti. Et eo tẽpore, eaque occasione linguæ nostræ vsum volunt plerique vsque ad Al

bis ripas translatum fuisse, de qua re vide plura in historia nostra.

GOTTHI vel Guthones, pagus & prouincia Sarmatica habitantiũ ad Gutalũ flumen (sic enim id Plinius vocat.) Ideo Guthones & Gotthi à Gutalo vocantur. Nunc Odra dicitur. Extendebatur coloniæ eorum Codanum sinum versus ad occidentem & Septemtrionem vbi est Gedanum, quem inquam sinum etiam à Gotthis nominatum esse doctiores & eruditi viri tradunt: Sicut ipsa vox indicat. Sed & Bidgostiam & Gedanum ipsum à Gotthis etymon suum trahere syllabarum ipsa compositio indicat. Nã Bidgostia, habitationem Gotthorum significat. Ad orientem verò progrediendo habitatio eorum extendebatur per montes Sarmaticos vsque ad orientales Gotthos, qui Getæ etiam & Ostrogotthi dicebantur. De his tradit Cornelius Tacitus inquiens: Trans Ligios Guthones regnant. Parebant enim Sarmatis & tributum eis pendebant, vt apertè idem Cornelius tradit. De ijs latius lib. 4. historiæ nostræ.

VARINI pagus & populi Sarmatiæ qui ad flumen Vartam citra & vltra Posnaniam habitabant. Quàm autem nomen Varinorum cum nomine Varta sicut Guthonum cum Gutalo conforme sit, nemo non videt. Sic descriptio situs locorum vtriusque gentis cum descriptionibus veterum ne pilo disconuenit. Meminit Varinorum Cornelius Tacitus lib. de moribus Germaniæ: Reudigni, inquit, Varini & Eudoses fluminibus aut syluis muniuntur. Et Chronicon Germanorum, Pomeraniam tenuere Rugij, Auiones, & Varini: sed Varinos expressè dicit Cornelius flumine muniri. Nam Varta flumen cum Prosna speciem insulæ efficit, sic Obra cum eadem Varta.

AVARINI populi ad Naruam fluuium quod Istulæ copulatur infra Varsauiam habitabant.. Expositores Cornelij Varmiriam in Prussia à Varinis esse dictam existimant. Differunt ab ijs Auares Vngarorum progenitores.

CISTOBOCI, Cistobocas aliquoties Ptolomæus meminit. Et Cornelij Taciti expositores ad Bogum flumen eos collocant, & ab eo denominatos esse scribunt. Nec remota est compositio à Bug Cistoboci: & cisto significat merè vel sincerè Boci id est, ipsissimi. Nec procul eos ab Iglionib. Vilnensibus habitasse tabulæ Ptolomæi monstrant. Plinius autem agnoscit Sarmatas ad Bugi ripas habitasse. Qua de causa eosdem inter Sarmaticas prouincias seu pagos collocamus.

TIRANGITAE pagus vel prouincia Sarmatica. Nam Ptolomæus expressè Tirangitas Sarmatas vocat, qui ad Tiram seu Nestrum flumen habitabant. Quod autem à tirare id est trahere arcum voce Italica dictum esse putant quidam, non possum assentiri. Nam ab Ouidio flumen hoc Tiras vocatur, & seculo illo nondum latina lingua in Italicam degenerauerat.

TISSIGETAS Ptolomæus populos vocat qui ad flumen hoc habitarunt quem nostri hactenus Tissam similiter appellant. Euincitur igitur inde, nostram linguã in vsu fuisse illis in locis illo adhuc seculo. Neque enim nostrates eam appellationem à Græcis Latinisue hauserunt, sed Latini à nostris.

OSTROGOTTHI prouincia Sarmatica seu pagus habitãtium ad Istrum & ostia eius, quem hactenus Vistrum Slaui vocant. Expressè autem Ouidius se exulasse dicit apud Sarmatas. Ergo Thomos vrbs nobilis exilio poetæ ad ripam Istri, Sarmatarum colonia fuit, vbi nunc Kilia Achillis nomen resonans. Et Plinius apertè Ostiũ Istri quod Calostomum vocant Sarmatis tribuit. De hac re latius in historia nostra.

VISOGOTTOS quos Ptolomæus Gythones vocat, Cornelius etiam eosdem electrum quod Glassium vocant colligere ad Balticum mare tradit. Proinde commentator præcipuus Cornelij Taciti inquit: Gothini Gottones partes sunt Gotthicæ gentis, quæ latè compleuit latus Balticum, vtramque ripam Istulæ. Et prorsus rectè mihi videntur exponere, & propriè Visogothos, id est Vistulæ Gotthos, sicuti Ostrogotthos Gothos, qui ad Istrum habitarunt. Nam expositio illa Vuest & Gotthiam confutata locum non habet. Quanquam & Vistulæ Gotthi Septemtrionales quoque sunt & Septemtrionales vel Vuestgotthi possent dici.

TANAITAE qui ad Thanaim flumen Sarmatæ incolebant, sic vocabantur. Sicuti & Renisarmatæ à Beroso qui viciniores erant Reno, vide historiam Babylonicam

CYMBRI celebratissimi & antiquissimi erant Sarmatæ, qui ad Cymerium Bosphorum vbi nunc est Capha Oczakouia inhabitarunt. Horum volunt esse posteritatem illos nostros Cyrkasios. Homerus de Cymerijs subinde meminit. Meminerunt tandem historici Cymbrorum qui ante Christi aduentum maxima bella in Italia excitarunt. Vnde nomen Cymbricæ Chersonesi: sed vtrum isti ab illis, an illi ab istis orti sunt, dubium hoc discutitur in hac historia.

PEVCINI veteres propriè vbi nunc est Smolensko sedes suas habuerunt. Nam Ptolomæus Borysthenem ex Peucinis montibus deriuat. Borysthenes autem oritur non procul à Smolensko, quam sententiam adiuuat & etymon vocis. Nam πευκη pinum Græcis significat præpinguem resinam. Porrò loca illa vbi est Smolensko & Polocko sunt admodum referta pinetis. Quin & Pinsko ad eandem vim denominationis Peucinorum deuenit. Quod autem insula illa quæ in ostijs Danubij, Peucen quoque dicta est, inde reor factum esse, quòd incolas Smolensko, Pinsko, & Przypiecz prono flumine Nepr credibile est delatos fuisse vsque ad illa loca, ibique colonis deductis sedes suas fixisse. Bernhardus Vapouius existimat eam gentem quam hodie Pieczyniegos vocamus, non remotè ab illis locis, esse reliquias veterum Peucinorum. Alij eos qui vocantur Pokucie intelligunt, vtramque autem sententiam & situs loci vicinus, & vis cognominis comprobat. Syrmius Rex Peucinorum qui Alexandri magni temporibus floruit, ijs in locis vbi nunc Besarabia quos Polountios vocant, imperitabat. Nam quia Syrmium vbi illud Concilium postea celebratum fuit adiacet Danubio, itaque haud difficile ei fuit prono flumine prouincias illas quæcunque spectant ad Danubium & ostia eius imperio suo adiicere. Complura ea de re digna consideratione libro secundo attulimus.

BASTARNAE Sarmatica prouincia vel pagus in ea parte Poloniæ vbi nunc sunt qui vocantur Podgorij: sed porrigebantur secundum fines Daciæ. Ideo Procopius & alij veteres eos ponunt ad latus Daciæ septemtrionale. Dacia autem propriè fuit vbi nunc est Transyluania. Cui rei & Iouius in sua historia astipulatur.

LIGII prouincia Sarmatica inter Viadrum & Boemicos montes quos Vandalicos Dion vocat. Ea nimirum Syllesiæ pars vbi est Legnicium oppidum. Ideo Legnicij etymon à denominatione Ligiorum scriptores Germanici deriuant.

QVADI. Positis terminis Marcomanorum ad flumen Morauam, & Ligijs populis infra montes Vandalicos seu Boemicos, vt modo dictum est, quicquid in medio est Quadis est tribuendum, vbi est Nissa & Ducatus Opoliensis. Non assentior quibusdam expositoribus Cornelij Taciti qui etiam locum vbi est Petricouia quò heroes Polonorum ad Comitia veteri instituto confluere solebant in ipso vmbilico Poloniæ Quadis tribuunt. Ita enim Marsignis, Gotthis, Ossis, & Burijs qui Cornelio attestante terga Marcomanorum et Quadorum claudere debebant nihil retro spacij relinqueretur. Affirmant autem Quados, cum Iulio Cæsare aliquando conflixisse, quod forsan contigit tempore Heluetici belli quibus sese certo fœdere copulauerant.

MARSIGNI populi Sarmatici sub montibus Sarmaticis.

SIDONII hos Ptolomæus ponit vbi est Szidlouia & Szidlouiec. Nec sono vocis admodum discrepat Szidlouia à Sidonijs. Isti cum Desiderio Rege Longobardorum in Italiam ingressi Asidonem vrbem, quæ postea Cosse dicta est, fundauerunt. Deleta hæc fuit successu temporis à Carolo magno cùm eam à Saracenis vindicaret, vt Anius Viterbiensis scriptor Italicus memoriæ prodidit, vbi expressè hoc Polonis tribuit in commentarijs in Berosum.

OSSII populi Sarmatici quos Cornelius Tacitus penes Gotthinos ponit, propemodum ad flumen Olsam quod cum flumine Moraua miscetur. Nec remota est vox Olsa & Ossa litera l saltem in s mutata. Est & in finibus Prussiæ Ossa flumen: sed forsan po-

sterioribus temporibus bellis detrusi erant ad istum angulum Prussiæ.

BVRII: penes Ossios prouincia Sarmatica. Descriptiones situs loci planè conueniunt cum Varka oppido & Varsauia. Et vox Burij & Varka non variant, nisi litera b, in u vsitatato more conuersa. Ptolomæus sanè in suis tabulis eodem loco eos reponit. Et Cornelij Taciti præcipuus cōmentator hoc idem ijs verbis innuit: Burij, inquit, extremi sunt Syllesiorum, versus Istulam, & porriguntur Toruniam. Meminit etiam Dion historicus Buriorum in historia Traiani: contra quem vnà cum Dziurpaneo Rege Dacorum arma sustulerant. Latius hæc in historia nostra reperies.

RVGII populi: hos inter Viadri & Vistulæ ostia Ptolomæus collocat, vbi est modò Pomerania. Ostensum est autem Gutalum seu Viadrum à Guthonibus seu Gotthis esse dictum, eo quod domini & possessores eius ripæ erant. Cum autem Rugiani inter vtramque gentem Sarmaticam in medio habitarint, crediderim eos ad supplementum eorum pertinere. Affirmant autem commentatores Cornelij Taciti Rigenses in Liuonia ad ostia Rubonis vel Dunæ à Rugijs originem suam ducere, esseque eorum colonias. Odoacer Princeps bellicosus, vastator Italiæ sub tempora Gotthorum ante mille annos dicitur prodijsse ex ea gente. Ideo Dlugosius historiographus Polonorũ Odoacrum Polonum facit. Siquidem & nunc illæ regiones Pomeranicæ obnoxiæ sunt Polonis, antea verò prorsus ditionis Regum Poloniæ erant. Commemoratur tamen in historijs Rugianos vnà cum Gotthis militasse, & Gotthis excedentibus ex Italia, etiam Rugij in eorum castris connumerantur. Grammaticus autem historicus eadem de causa, Cassobios etiam ante aduentum Christi eodem in loco, id est ad littus maris illius Baltici habitasse affirmat. Sunt autem Cassubij gens stirpis Polonicæ.

SCYRI etiam prouincia Sarmatica. Nomen credo hæsit in Scyricijs qui sub montibus Carpati vltra Cracouiam habitant. Plinius lib. 4. cap. 13. Scyrorum meminit: Quidam inquit hæc habitari ad Vistulam vsque fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hirris tradunt. Scyros vnà cum Gotthis, etiam ex Italia emigrasse memoriæ proditum est.

HIRROS Syradienses crediderim esse.

CAVCHI iidem forsan quos Cassubios nostri vocant, aut Cuiauienses.

PACINACES ad Borysthenem statuunt. Autor supplementi Carionis cum Bossinis eosdem esse putat.

ERVLLI: isti quoque ad Istrum habitabant. Primi ij religionem Christianam publicè amplexi sunt inter eas gentes, vt tradit historia Ecclesiastica. De horum leui armatura quædam Iornandes tradit libro de rebus Geticis. Hi Corales ab Ouidio forsan vocantur.

GEPIDES pagus Sarmaticus ex stirpe Gotthorum, qui habitarunt ad Visclam flumen, & cognominati sunt hoc nomine à tarditate ingenij & pigritia vt Procopius tradit. Habitarunt olim ad Syrmum in Pannonia. Celebratur Rex Gepidarum Ardarichus cuius opera Athilla Rex Hunnorũ, in multis prælijs vsus est feliciter, sed postea reliquias exercitus Athillæ deleuit. Vbi Scepusium est, ibi sedes eorum statuunt. Sed quod Gepidarum nomen Lituanis quidam recentiorum tribuunt, non video quo pacto id cum sententia veterum quadret. De his latius in ipsa historia. Vbi etiam illa opinio discutitur: an Germani Scepusienses sint reliquiæ stirpis Gepidarum. Et Germani qui degunt in Transsyluania, vtrum sint reliquiæ Gotthicæ stirpis, quemadmodum vult autor supplementi Carionis.

BESSI: Bessorum pars hæsit vbi sunt montes Bieszczady à Bessis cognominati.

DVCLEOTAE adhuc oppidum est ad radices montium Sarmaticorum de nomine illorum Ducla dictum.

BICEN ipsissimi Sarmatæ erant ad Meothiden, sed colonias eorum transportatas esse metu bellorum in illud territorium vbi est Biecz. Et nomina Bicen & Biecz sunt sibi cognata.

IAZYGES: *Ptolomæus triplices gentes in Sarmatia ponit: maximas, minores & mediocres. Inter medias autem Iazygas recenset. Expressè autem Sarmatas vocat Iazygas illos qui Euxinum versus porrigebantur. Nomen Iazygum significat iugum vel par boum, ab τος ζυγὸν id est tantùm par boum. Videmus enim hactenus, Podlasios vbi eorum præcipuæ sedes erant, tam facilem agriculturam habere, vt colonus vnico iugo boum contentus sit ad exercendum commodè agellum suum. Fuerunt alij Iazyges Metanastæ dicti, eò quòd vnà cum familijs superatis montibus Carpacijs ad Tibiscum vbi nunc Vngaria est commigrarant, ibique sedes suas fixerant. Horum reliquias adhuc extare audio, & loquuntur corrupto sermone Slauonico seu Sarmatico. Et vocantur etiam ab accolis Iazuinges.*

ASCAVLES *hîc alicubi vbi est Sochaczouium, Louicium ad flumen Bzura reponuntur. Dicuntur autem Ascaulistæ illi agrestes qui tibias cum sacco inflare solent. Musicorum genus vile. Forsan quod locus ille multos tales alebat, quod etiamnum non insolens est in illa prouincia. Et Ptolomæus sæpè agnomina & prænomina loco propriorum nominum ponit, vt Iazyges, Agatyrsi, Ichtiophagi & Anartophracti &c.*

ANARTOPHRACTI *id est inopia panis laborantes. Nam α est priuatiua particula & ἄρτος panem denotat. Et verisimile est. Nam inhabitabant illud solum lapidosum arenosumque quod est inter Podlasios Iazygas, & Istulam. Admodum sterilis est illa prouincia.*

LVTII *reponuntur vbi oppidum non ignobile Lutomirsko. Et sonus vocis cognatus est cognomini oppidi.*

BVRGIONES *ferè reponuntur vbi est Lublinum, ab ijs Burgandiones ortos esse volunt gentem bellicosam qui copulati Vandalis, Gallis, superioribusque Germanis mouerunt bella atrocia.*

ANTAE *natione Slauones erant, sed cum Romanis contra suos sentiebant, ideo Antæ, id est contrarij vocabantur.*

BORVSCI *qui & Carbones, primo Septemtrionem incoluerunt, vicini Moschis, tandem ad sinum Balticum progressi consederunt, vbi est ab eis dicta Borussia. Non desunt qui eos ex Asia huc commigrasse dicant. Notum est in historijs nomen Prussiæ Regis Bytiniæ.*

RVSSI & ROXOLANI *vicini erant Boruscis.*

HERMVNDVRI *ad montes Boemicos ex quibus Albis oritur. Sed Dubrauius scriptor Boemorum lib. 1. conuincit errati Cornelium Tacitum ea in re.*

SVDINI *in Prussia reponuntur. Ferunt autem eam regionem opulentissimam fuisse, sed iam deletam propemodum ad internecionem à Cruciferis ordinis Theutonici. Iamque maximas syluas enatas vbi olim degebant.*

SCANDIA *de hac insula multa à multis inter veteres autores referuntur. Ideo malo de ea aliorum sententias referre, quàm meum iudicium alijs obtrudere. Iosephus Meletius in Venetorum editione Ptolomæi, in tabula nona Europæ. Hæ inquit, regiones: id est Prussia, Liuonia, Lithuania, &c. in tabula Sarmatiæ Europeæ ab antiquis (id est historicis & Geographis) numerabâtur (nota). Et videtur hæc narratio firmo niti fundamento. Nam si in mari Sarmatico innatât & ab eo cinguntur, necessariò & ipsæ ad Sarmatias pertinent. Glareanus verò in Geographicis: Dothlandia insula, Scania insula, quam hodie Solandiam vocant, at Plinius inquit lib. 4. cap. 14. Scandinauiam vocasse videtur, aut saltem vicinam Daniam. Ait enim ab incolis nominari alterum mundum. De Dania autem sic idem autor: Daciam Transsyluaniam vocant. Est autem longè alia ab ea quam non rectè hodie Daciam vocant cùm sit Dania appellanda, vulgò Dan marckt ad Cymbricam Chersonesum. Meletius verò: Dania sic dicta à Dano Rege. Gotthlandia quasi bona terra, Scholandia, id est, amæna terra, Northuegia, id est Septemtrionalis terra, Findlandia, id est pulcherrima terra, Glorandia, id est virens terra, Istlandia, id est glacialis terra.*

Hæc

ra. Hæc habentur in charta Hydrographica. Tile Scandiæ insularum vltima, Septemtrionem eundo, à veteribus Poetis & scriptoribus vocatur. Et Polonico sermone Tile significat vltimum vel eatenus, quia vltima terrarum credebatur.

ROMANI *sicuti de regionibus Orientis, ita de istis Septemtrionalibus insulis mirabiles fabulas sparserunt in vulgus. Inter quos Cornelius Tacitus ita propinquas dicit cœlo, vt ibi iam possint solis labores exaudiri, & stridores rotarum eius. Formas Deorum istic videri, homines monstrosi aspectus, & lapides gemmasque preciosas. Hoc verò eo consilio faciebant, vt inde gloriolam apud suum vulgus aucuparentur, se nimirum deuicta ac debellata Germania, adeptos tales terras, quæ iam veluti suburbium cœli viderentur, ob talia & tanta miracula.*

DE LIMITIBVS VETERIS SARMATIÆ.

Addam hîc descriptionem finium Sarmatiæ, iuxta seriem temporum, incipiens à temporibus Augusti Cæsaris.

10. *Sub aduentum saluatoris.*

FLorus lib. 4. cap. 12. scribit Augustum cum legatis Sarmatarum Getarumque pacem sanxisse, fœdusque percussisse iis conditionibus, ne ripam Danubii transcenderent. Ideo ad Lucullum literas scripsit, vt aduersus Sarmatas ripam tantùm Istri tueretur. Huic sententiæ suffragatur Ouidius. Nam Lucullum laudans inquit: Hoc duce ripa Istri tuta fuit. Porrò occidentalis limes fuit Albis flumen. Nam Strabo & Suetonius apertè dicunt Romanos occupata Germania Albim noluisse trāscendere. Imò Sueuos qui illa loca occuparant, Cæsares transtulerunt ex iis regionibus, ne præberent ansam belli cum Sarmatis.

110. Traiani & Adriani temporibus, pontis in Danubio ad Nicopolim erectio, indicat Romanos Danubio imperium suum in Europa finire voluisse, sicuti Euphrate ab ortu & Nilo à meridie.

163. Bellum Sarmatarum Aurelii Antonii cum Sarmatis & Squadis ad fines Boemiæ, & stationes legionum Romanarum, autorum scriptis concelebratæ, indicant qui fuerint tunc fines eorum pro quibus dimicatum est.

247. Dion Seueri temporibus historiam suam scribens, dicit Albim flumen oriri ex montib. Vandalicis siue Boemicis qui & Sudeti vocantur. Vandalos autem fuisse populos natione Slauos viginti argumentis probatur à nobis lib. 4. Annalium.

383. Temporibus Theodosii cum lites non paruæ motæ fuissent de finibus inter nostras gentes & Germaniæ Duces, exercitus Saxonici & Turyngici collocati erāt inter Albim & Viadrum ad tuendos limites & arcendas gentes Sarmaticas.

810. Caroli Magni temporibus affirmante Blondo, Crantio, Bonifinio, Einhardo

finio, Einhardo ad Albim flumen præsidia contra Sorabienses col locata fuere. Et hactenus Sorabi & Vandali incolunt illas regiones ad Albim qui nostra lingua vtuntur.

Otthonis Tertii temporibus Boleslaus Chobri Rex Poloniȩ 1000.
Herculem imitatus, pro gadibus iniecerat tres columnas ad confluentem Albis & Salæ. Adhæc institutio Marchionatus Saxoniæ indicat metas limitum istic tunc fuisse. Nam Brandeburgensis postea prolatis in Septemtrionem Germaniæ finibus institutus fuit.

Henrici Tertii temporibus inceptum fuit à Criuousto Rege 1103.
bellum ad fines Boemicos & finitum in campo Canino ad Wratislauiam. Cum Boemis enim Poloni tum limites habuerunt ab illa parte, non cum Imperio.

Circa tempora Henrici Septimi diuulsæ Poloniæ vires ob 1300.
disidia Ducum Boleslaidarum, ansam præbuerunt vicinis Regibus & Principibus attrectandi fines eorum. Vnde consequutum est vt vndique accisis finibus limites Poloniæ intra octo cruces hæserint, quas scriptores nostri ita consignant. Prima ad Pakosc, quæ nos à Pomerania diuidit. 2. ad Pys à Prusia. 3. ad Zebrovv à Lituania. 4. ad Podhaice ab Orientali Rusia. 5. ad Chotim à Valachia. 6. ad Scepusium à vicina ei Vngaria. 7. à Sicovv à Syllesia. 8. à Zbasin à Marchia. Hæ cruces à nobis in typo Sarmatiarum apertius rubro expresæ sunt.

Dißidium inter sequaces Ptolomæi et Cornelij.

Hæc ita iam admitti possent de vetustioribus limitibus, nisi disidium illud Ptolomæistarum & Cornelistarum obstaret. Nam sequaces Ptolomæi adducunt autoritatem ex eo scriptore vbi dicit: Germaniam terminari ab ortu Istula tenus. Vnde Glareanus non postremus Geographorum deceptus, ante triginta annos scribens, Germaniam veterem hîc statuit, ad eaq; absurda deuenit, vt diceret: Germaniæ inquit non postrema pars sub victoriosissimo Principe Sigismundo Rege Poloniæ degit, Poloniam ipsam intelligens. Hunc sequutus D. Cromerus adhuc clarius eadem absurda amplificat, affirmans hîc vbi est minor maiorque Polonia ante Constantinum Magnum Germanos habitasse, qui error à me lib. 5. est abunde confutatus.

Nam Cornelius Tacitus homo Italus, cui melius quàm Ptolomæo Alexandrino res Sarmaticæ notæ erant, vicinior enim istis regionibus fuit: hic inquam author ex professo Germaniæ statum describens non ausus est dicere Germaniam à Sarmatia Istula diuidi: vt Ptolomæus dixit, sed inquit: Germaniā diuidunt montes Sarmatici & mutuus metus. Forsan enim tum ab vtraq; gente ita infestis animis de limitibus decertabatur, vt neutra pars libera à

metu &

metu & formidine ſemper hoſtem ſibi collo imminere cum ferro & igne putaret. Et apertè addit quod illo ipſo tempore Sarmatæ tributum imponebant Gotthinis populis, quo eis liceret in regionib⁹ Sarmaticis quæ ad Boemiā vergunt, vbi eſt Opaua, montes Tarnouienſes, metalla fodicare & conficere. Vocanturque illa loca à Ptolomæo Sydirorichiæ.

Nec difficile obſeruatu vndenam Ptolomæo hic error obrepſerit. Nam iuxta dictum: Dato vno inconuenienti cætera inconuenientia ſequuntur. Quia in tabula deſcriptionis Germaniæ Iſtulam vſque ex montibus Boemicis deducit, ideo in limitibus ſanciendis errorem cōmiſit. Et regiones quidē à Sarmatis poſeſſas eis non adimit, ſed profluenta Iſtulæ aliunde & aliorſum deriuans poſteritati materiam erroris grauiſsimi reliquit. Non deſunt enim etiam ex noſtris qui populos noſtros in ſuſpicionem apud vicinas gentes adducant ac ſi has terras, non vt patriam tanquam legitimi poſeſſores inhabitarent, ſed quod aliunde venientes in alienas poſeſsiones inuolarint. Cum pro fundamento Geographico inconuulſibili ſemper accipiendum ſit illud à me toties repetitum pronunciatum: Quicquid eſt inter duo maria Sarmatica Euxinum, inquam Balticumq; mare & montes Sarmaticos, id Sarmatię nomine cēſeri debere. Sic Sarmatia Aſiatica cum Europea contigua & confinis ſemper fuit etiam Glareano atteſtante flumine Tanai tantùm eos diſtinguente. Nota ſunt etiam vetuſta nomina vrbium in vicina Germania: Lubecum, Roſtokium, Starogardum, Zgorelecium ſeu Brandeburgum, quæ prorſus ſonum reddunt linguæ Polonicæ. Sic montium Sarmaticorum parte ab altera: Koſsice, Liſska, Sklane, Tarnaua, Tokai, Igniecz, quæ in memoriam reuocant, qui olim poſeſsores fuerint priſcis temporibus illarum regionum. Sed de iſtis latius in ipſo opere Annalium.

Ouidius Ponticum mare Sarmaticum vocat. Mare autem quod Daniā & Viſmiriam alluit, Sarmaticus Oceanus à Ptolomæo nominatur. Sarmatæ autem populi erant, quicunq; lingua noſtra vtuntur Slauonica, licet Veneti interdum eis admiſcebantur.

INDEX

INDEX TABVLÆ SARMATIARVM SIMVL QVE VRBIVM, MONTIVM, FLVVIORVM, SYLVARVM, SOLItudinum, & aliorum nobilium locorum, quorum situm & distantiam, sumpto numero longitudinis & latitudinis, & filo à numero ad numerum instar crucis ad latera tabulæ ducto, & ritè applicato, intersectio indicabit.

A

	Latitudo gradus.	minuta.	Longitudo. gradus.	minuta.
Alla flu.	51.	1.	43.	4.
Angeburg	55.	5.	44.	1.
Allenburg	55.	5.	44.	4.
Allenstein	54.	11.	58.	8.

B

Latitudo. Longitudo.

BALICE 50. 10. 41. 16. quarto lapide à Cracouia, seu vno milliari Polonico. Villa in qua superbo sumptu aula extructa è longinquo cernitur. Opus inter miracula reponendum. Estque locus natalis Bonerorum gentis spectatæ nobilitatis, & optimè meritæ de Repub. Polonorum. Insigne gentis, est liliorum flos vulgò Hiberida dictum. Sunt enim ve lutidearmes (permitte me sic loqui) regno Galliarũ. Nunc est possessor pagi Magnificus D. Nicolaus Firley Castel. Biecensis paternarum & maternarum virtutum ipsissima imago.

Betigola	56.	10.	47.	6.
Bersari	56.	8.	44.	4.
Balde	55.		40.	4.
Butau	55.	2.	43.	3.

Brunsberg 55. 6. 43. 3. quę & Varmia dicitur, sita est ad flu. Passaria.

Brodnica 54. 43. hæc Germanicè Strasborg dicitur.

Bidgostia 54. 2. 53. 10. Ad cõfluentem flumen Brda cum Istula. A Wladislauia sex milliaribus distat.

BRZEG 51. 12. 39. 10. Vrbs ducalis & colonia Polonorum: sed & ii qui nunc supersunt Principes, de stirpe Piastonum Polonicorum Regum descendere dicuntur.

Brda flu.	54.	2.	41.	5.
Bresburg	54.	5.	41.	5.
Brandeburg	55.	8.	53.	6.
Bolo flu.	54.	2.	41.	
Bratim	54.	4.	43.	3.
Berezina	55.		51.	1.

Borissouo 56. 55. ad flumen Borysthenem oppidum est. Existimant autem quidam ab hoc oppido flumen etiam Borysthenem nuncupari. Oppidum autem cõditum fuit à Borisso quodam duce Russorum. Nec rarò contingit flumina ab oppidorum nominibus dici : vt Odra flu. ab oppidi denominatione dictum esse tradunt. Ad hoc oppidum vsque Borissouo Moschus fines suos extendi affirmat, contra Lituania Olgerum ducem fines magni ducatus protelasse vsque ad Mozaisko constanter asseuerat.

BZVRA flu. 53. 6. 42. 8. infra Louicium, vbi sunt nobiles bisontum venationes, locus ille & sylua vocatur Viskitki.

Brzeziny 53. 42. Oppidum amplissimum egregiis artificibus refertum. Et est domicilium spectatæ nobilitatis Lassociorum.

BVG flu. 53. 6. 43. 8. Commentatores Cornelii Taciti populos veteres Cistobocas ab hoc flumine Bug dictos esse tradunt, eò quòd isthic sedes patrias habuisse feruntur. Et vox cognominis Cistobocorum non dissonat à denominatione Bug.

Brzescie 53. 8. 47. 7. Ciuitas populosa ad confluentem Bug & Muchauiec in ipso triangulo, triquetram figuram efficiens.

BVCZAC 49. 10. 48. 6. vetustæ & claræ gentis colonia Buczaciorum. In ditione horum ferunt inueniri venas auri, quæ veluti ramenta scintillant in aqua riui ex rupe altius scaturientis. Hæc postea ab agrestibus excipiebantur percolabanturque, ac ita massa conficiendo auro apta reddebatur, sed multa ignauia quadam negliguntur. Laudatur etiam ab equis generosis quos magna vbertate greges numerosi quotannis producunt ipsis: vnde in Prouerbium abiit: equus Buczaciorum gregis.

Bielsko	53.	6.	47.	8.
Barycz	52.	8.	39.	10.
Boleslavviecz	52.	2.	40.	12.
Bretnicza	52.	9.	40.	2.

Bochotnica 52. 9. 40. 12. domicilium claræ gentis Samboreciorum.

Bochotnica 52. 9. 40. 12. est arx murata. Hæc potest vocari antiquitas. Nam muri eius vetustate conquassati ruinam minantur: propediem collapsura videtur.

	Polo.	Lithva.	Rvs.	Prvs.
Borouiec	52.	6.	45.	11.
Bielany	52.	7.	44.	7.
Bodzecin	51.		44.	8.
Belzyce	51.	12.	46.	2.
Bychaua	51.	10.	48.	3.
Boboua	50.	6.	44.	1.

Biecz 50. 6. 44. 1. Meminit Ptolomæus & alii vetustiores prouinciæ Sarmaticæ quæ dicebatur Bicen. Sita fuit ad Euxinum pontum: sed credibile est colonias inde ad eum locum translatas fuisse. Hanc præterfluit flumen dictum Ropa ex cuius spuma sulfur conficitur.

Beskidim 49. 44. Beskit vel Bieschadi ab incolis vocatur. Mons est nobilis vltra Humienno ex quo flumen Tiras oritur. Meminerunt q; veteres eò loci Bessorum populorum.

Braclavv 50. 10. 52. 8. Arx in qua semper præsidium firmissimum expeditum asseruatur. Vocatur vrbs illa Sancti Petri, eò quòd imagine diui Petri Apostoli pro insignibus vtitur.

Balaklei 50. 2. 52. Arcis vestigia in loco percõmodo. Czapczaklei verò est fluminis nomen.

Boçhna 50. 11. 43. 5. Salisfodinæ præstantissimæ quarum sal ideo sali Russico præfertur & marino quod plus terrestreitatis in se habet, ac propterea magis solidum & magis salsum est. Multi autem ex viris literatis & etiam illustribus admiratione ducti, demittebant se in illum abyssum salisfodinarum. Et reuera est res stuporis plena videre illas profunditates & veluti centrum terræ. Inuentum salem eò locorum, acceptum referunt Kunegundi Boleslai Pudici Regis coniugi fœminæ sanctæ. Anno salutis 1251. Et quia Vngara fuit, vulgò creditum est, & passim iactatum reginam illam sal illud minerale ex Vngaria in Poloniam transtulisse, secumque aduexisse.

Bialogrod 48. 10. 52. 8. Theodosia dicta veteribus. Hanc ad ostia Borysthenis Iouius ponit, sed erroneam eius opinionem D. Cromerus confutat. Præterit verò Bialogrodum via trita & celebris quæ ducit Oczakouiam. Hac Turcici & Scythici negociatores potissimum commeant quos illi lingua sua Carabanos vocant. Quando igitur nostri aliqua mancipia intercipere conantur, vt ex eis discant quid nam hostis machinetur modò, quidue in Turcia Scythiaue geratur, tunc ad eam vsq; viam genus quoddam militum leuissimæ armaturæ velitationibus aptum, quos Kozakios vocant, progreditur, ac ita ex prætereuntibus rapiunt quos possunt, & ad præfectos suos citato & festinanti cursu reducunt, sæpius tamen

us tamen retro ceruice inflexa proſpectantes ne quis eorum veſtigia ſignet, & vrgēdo capiti eorum inuehat. Nam non rarò alea ſecus cadit quàm optaſſent,& ſæpe ex captiuante fit captiuus. Et interrogati cur ita temerè dubio Marti ſe exponant, reſponſare ſolent: Benè eſt, ſi inquit, nihil inde vtilitatis percepero, niſi quod iuuenilem ætatē meam eo pacto conſolabor contentaueroq; ſatis eſt,iuuat. At contentatio illa qualis futura ſit,ſi interim ad manus Scythicas deueneris, nemo eſt qui ignorat. Fuit quondam Bialogrodum emporium celebre & obuium noſtris hominibus. Nam temporib. Cazimiri Cyprum vſq; demeabant naues onerarias tritico Podolico plenas. Nunc tantùm ſcandulæ prono flumine ad barbaros demeare Bialogrodum ſolent, idq; non ſine graui diſcrimine vitæ.

Balneum Vitoudi 50. 55. 6. Nunc fons tantùm amænus vbi miles ſtatiua habere & corpus reficere ſolet. Adeſt & Oartorium ibi gentile dirutum.

Pons Vitoudi 50. 55. non procul à Balneo.

Brzoſtek	50.	6.	44.	4.	
Brzozovv	50.	3.	45.	2.	
Belz	50.	3.	45.	2.	Præfectura Regia
Busko	50.	11.	47.	6.	Præfectura Regia
Bukacz	49.	7.	44.	2.	
Bebek	40.	11.	47.	3.	
Baden	45.	3.	44.	1.	
Berſtani	45.	3.	47.	8.	

Bardenland. 51. 43. Crux picta confinium ſignificat,lapideam eſſe audio crucem, & eminet ex aqua.

Brozylovv 52. 54. ad Boryſtenē inter Coroſzczycovv & Kiovv.

BAR 50. 50. Arx munitiſsima ob memoriam Parii patriæ dulcis à Regina Poloniæ Sforcia Bona, in ipſo aditu Scythiæ excitata. Semper ibi præſidium forte imponitur, & præfectus datur vir exploratæ virtutis. Nunc præfecturam illam adminiſtrat ſumma cum laude Nicolaus Bucacius.

Baſylea Ruſsiæ 50. 40. à Baſylio Duce Oſtroueciorum fundata. Floruit is noſtra ætate. Fuitq; filius illius Conſtantini bellatoris.

Bacota 50. 6. 50. 6.

BVH flu. 50. 52. Axiacum veteres dixêre, quidam Hyppanim eſſe volunt, innixi vt aiunt, Herodoti ſententiæ, ſed refragante Ptolomæo qui Hyppanim collocat cis Boryſtenem Tauricam & Meotiden verſus. Oritur paulò ſupra Miedziboz & paulò infra collem dictum Zbornamogila. Alluit Chmielnik Vinnicam Brac

lavv, &

lavv, & poſtea incitatus curſu per campos Vrocziska decurrit: Kuczman pontem Vitoudi, tandem ditatus per vaſtam camporum ſolitudinem ad Euxinum Pōtum amplo gurgite deuoluitur. Et rectè reprehenditur à Magnifico viro Ioanne Sienienio Caſtellano Leopolienſi error quorundam noſtræ ætatis Chorographorum, qui Bohum hunc incidere in Boryſtenem finxerunt. Cum quatuor milliaribus ab hoſtio Boryſtenis in Limenium ſinum Euxini ſeſe abſcondat. Quod autem flumina iſta Buh,& Bozek veteres vocarunt,forſan quia pro diis amnes priſci homines coluerunt quum gentes eſſent.

Bialacerkievv 51. 53. ad flumen Ros, à Kiouia 15. milliaribus, vel paulò vlterius. Sæpe huc Scythæ viſuntur, vt canes ſpectantes in culinam. Ruſsica milliaria ſunt lōgè maiora quàm Polonica.Ideo non mirere ſi quantitas circino hic non reſpondet vbique.

Brod Bazarabski, vide Oſtrokol.

Bozek flu. 50. 6. 49. 6. Inter confluentem Buch & Bozek veluti Meſopotamia ſedet Miedzyboz,vt etymon ipſum vrbis indicat.

C

Latitudo. Longitudo.

CRACOVIA 50. 10. 42. 9. olim Carodunum iuxta Ptolomæum dicta. Regia eſt Poloniæ ad confluentem Iſtulæ & Rudauę. Et verè Regia. Nam ſiue loci ſpectes ſitum, ſiue hominum frequentiam diuerſarum gentium,ſiue omnium rerum affluentiam,ſiue ædificiorum magnificentiam, tanta reperiuntur omnia, vt meritò naturam totam vim ſuam in eum locum effudiſſe putes. Ibi eſt ſedes Epiſcopalis,ibi Academia celeberrima,argentifodinæ,ſalifodinæ, plumbaria,territoria fertiliſsima,arces in vicinia muratæ frequentes patent. Superius Zatorium lacubus & copia piſcium affluens, inferius Nepolomicium abundans pingui ferina, ex montibus etiam Sarmaticis qui vrbi impendere videntur, varia genera auium afferūt aucupes. Demeationes quoq; nauium mercenariarum ſurſum deorſumque cum ſale,ære,plumbo,frumento,vino, cera, vſq; ad mare vſitatæ ſunt Cracouienſibus. Adhærent etiam vrbi alia oppida: Clepardia à Septemtrione,Cazimiria ab Orientali plaga. Ac vt breuius dicam,nullam iam vrbem pergendo Septemtrionem & Orientem Borealem reperies tam auguſtam quæ eius ſplendori & magnificentiæ conferri queat. Huius figuram alii teſtudini muſicali, alii aquilæ expanſarum alarum, quod eſt inſigne Regni comparant,ad eum nempe modum: vt arx caput alitis referat,ſuburbia autem vtrinque adhærentia alis expanſis & caudæ diſcuneatæ, conferantur.

CZARNKOVV 53. 11. 39. 11. antiquiſsimum & ſpectabile domicilium & ſedes quōdam ducalis gētis Czarnkouiorum. Hi primi inter heroes Polonorum erant, qui Chriſto nomina ſua dederunt. Cuius rei inſigne vittam baptiſmalem hactenus gerunt. De qua re complura leguntur in hiſtria noſtra. Vide & infra titulo Oſtrorog.

Camenum	1.		55.	2.
Coſzelin	39.	4.	55.	2.
Cinteri	53.	6.	43.	6.
Creuesb	55.	7.	43.	9.
Curiſchafe	55.		45.	

Cornand 54. 5. 43. Locus nobilitatus pugna celebri quadam, in qua ita obſtinatè à Polonis pugnatum eſt contra Cruciferos, vt feſsis ter ſpacium reſpirandi daretur, quod frid Germanicè vocatur, & ter ad manus redirent, donec hoſtis armis oppreſſus victum ſe fateretur. Noſtri bellum illud Coronouienſe vocant. Vide D. Cromerum lib. 17.

Culſmer	54.	4.	42.	5.
Ciechanovv	54.	2.	44.	5.
Cultri	54.	7.	49.	7.
Croue	55.	8.	50.	
Croſne	50.		44.	

CAMIENIEC 49. 6. 49 4. arx munitiſsima Valachiam verſus, quæ ob id quod natura loci mirabiliter ſit munita rupibus præaltis & flumine Smetricz, ſolius Dei manu ædificata eſſe ab incolis prædicatur. De hac tamen ita ſcriptum eſt:

Quamuis altis cincta eſt Camenecia muris,
Si tamen inſpicias huic multa deeſſe videbis.

CZIZOVV 51. 1. 44. 10. arx murata, elegans ſpectatæ proſapiæ Czizouiorum.

Chodecz	55.		40.	7.
Camiensko	52.	4.	41.	2.

Cameniec alia arx murata firma & pulchra medio milliari à Croſno.

CZESTOCHOVIA 53. 8. 41. 8. locus celebris frequenti hominum concurſu religionis ergò. Simile aliquid Compoſtelæ Italicæ.

Craſnik 51. 6. 45. 2.

Checiny 51. 9. 43. 6. Præfectura nobilis & arx murata in arduo colle. Ibidem ærisfodinæ vetuſtate neglectæ, lapis tamen Aeſurides vel color conficitur.

Curovv

Curovv 55. 5. 45. 2.
Czesin 50. 7. 41. 6.
Caczibei 48. 55. arx vetustate destructa, ad littus Ouidii lacus. Eratq; Polonorum emporium celebre, vbi sal deponebatur marinum. Veteres meminêre huius portus ad Euxinum. Plinius vocat Cathizos pomiliones. Vetustas enim credidit homunciones breui statura eo loci belligerare cum gruibus, eaque scriptis mandarunt.
Chelma 54. 8. 42. 8. In Prussia est ciuitas, creditur esse omnium antiquissima. Vnde ius Chelmense seu Culmense. Laudatur dimensio vrbis illius quòd plateas ferè ad perpendiculum gnomonis rectissimas habeat, & turres ita concinnè dispositas vt turris turri, porta portæ ferè diametraliter opponatur, vt è regione vir virum ex fenestra vnius in fenestra alterius prospicere queat.
Cassouia 49. 11. 46. 6. vrbs Vngariæ munitissima & paries fortissimus quo sustinetur impetus & inundatio Turcorum. Sed apparet fuisse coloniam Slauorum. Quia sita est inter montes qui ad Sarmatiam pertinebant & Sarmatici vocantur. Denique & nomen Cassouiæ Slauonicæ linguæ olet sonum.

CALISZ 52. 8. 41. 3. Ptolomæus expressè meminit eodem in loco Calis. Est ergo hæc vrbs numeranda inter antiquissima municipia Sarmatarum. Nam Ptolomæus vixit ferè centum annis ab aduentu Christi domini post tempora Traiani Imperatoris.

Comarno 49. 11. 46. 6.
Cozibele 49. 5. 47. 7.
Czeruone 40. 5. 46. 6.
Cleuan 51. 10. 48. 5.
Chmielnik 51. 2. 50. 6. Propugnaculum contrą Scythas Bohum versus. Administrat nunc præfecturā illam summa cum laude Iacobus Strus, robore animi & corporis cunctis iamdudum conspicuus, patrisque & auorum memoria celebris.
Czartorysko 51. 9. 48. 5. ad ostia Styr fluminis.
Czarnobilum 52. 53. significat nomen czarno & bielo, id est, album nigrum, albæ & nigræ Russiæ confinium indicans. Sita est propemodum ad Przypiecz Kiiouiam versus.
Crasylovv 50. 50. ad fontem fluminis Horin.
Constantinovv 50. 50. sunt ciuitates Ducis Ostrouecii: Constantinovv, basylea, Krasylovv, Kuczmin in finibus Volhiniæ, qua itur Miedzibozum versus quasi in vno tractu.

Czernyostrovv

Czernyoſtrovv 50. 50.

Cataractæ 51. 55. quindecim milliaribus à Caniovv, vide titulo Prohi & Boryſthenes.

CAROVVGAI 50. 49. Eſt nobile nemus & puto illud eſſe quod Ptolomæus vocat nemus Dianæ. Non procul à Sieniaua, non remotè hinc oritur flumen Ikavva.

Cerkievv 50. 46. milliaria ſeptem à Leopoli.

Comiencza flu. 49. 56. Flumen ex aduerſa ripa Tehinia, in Tiram illabitur.

Czernichovv 49. 12. 48. non procul à Tarnopole ditionis Ducis Oſtrouienſis.

Czechovvce 49. 12. 48. 12. non procul à fontibus fluminis Zbrocz. Fateor autem nonnihil anguſtiora hîc ſpacia eſſe, quàm vt illam amplitudinem camporum in latum capere queant.

COLOMIA 48. 2. 48. 1. Colomiam dictam eſſe putant quaſi coloniã, quòd credant olim Romanorum colonias eò deductas fuiſſe. De qua re conſule hiſtoriam noſtram libro 3. Niſi fortè à Colomano Rege Halicienſium nuncupata ſit. Conficitur ibi ſal, cuius nidor ouorum odorem plus ſatis frixorum & aduſtorum ſuauiter redolet. Quod die Veneris ieiunantibus, diſputationis occaſionem de ciborum delectu præbere ſolet, dum veſperi ad lumen hilarius conuiuari ſolent.

Cudnikovv 51. 4. 45. 12.

Crupa 51. 9. 50. 6. ibidem flumen Crupa ſynonimum illi quod in Slauonia eſt, à quo Lechus in Poloniam veniſſe vnà cum fratre Czecho dicitur. Et forſitan incolæ loci in Slauoniam penetrantes ex Ruſsia, patriæ dulcis memoria ducti, amni nomen in patria Lechi impoſuerunt.

Czerkaſy 51. 4. 54. 12. Czirkaſy tradunt reliquias eſſe veterum Cymbrorum, quos Homerus Cymerios vocat. Nomen certè affine eſt. Religio apud eos magna ex parte Machometana. Mulieres ferè ac viri belli munia apud eos obeunt. Diſtat à Kiouia iuxta Guagninum 27. milliaribus, iuxta verò regios luſtratores 15. tantùm.

Cudniovv 51. 12. 53. 1. ad leuam eundo Kiouia: à Leopoli 17. milliaribus.

CHORCYCA 50. 54. Inſula eſt in aluco Boryſtenis, clara Viſniouecii herois œconomia militari. Ibi enim ſedem & firmamentum ſui roboris ſtabiliuerat. Sita eſt à Kiouia 44. milliaribus, paulò infra oſtia fluminis Tiſmienca.

Czerniechovv 51. 55. flumen cis Borysthenem Disna è regione Kiouię ad quod sita est arx Moschorum firmata præsidio:30 milliaribus a Kiouia vt Guagninus refert,lustratores 24. ponunt.

CHOTIM 49. 8. 49. 8. Arx fortisima in ipso aditu Valachiæ, æmula Camenecii, quæ est ditionis Polonorum. Ideo Petrum Valachiæ Palatinum ferunt solitum dictitasse, Aut tu Cameniec Chotimum nostrum, aut Chotimum Camenecciam deglutiet.

Czapczaklei 50. 2. 52. Flumen est, notius habetur propter viua vestigia munitisimæ arcis Balaklei,quę si iusto præsidio muniretur,firmisimum propugnaculum ad impediendos Præcopiensium transitus per Hyppanim esset.Et præsertim si vicisim ad flumen Russaua in loco illo excitandæ arci peridoneo & à multis celebrato propugnaculum nouum inædificaretur.Hæ inquam duæ arces non plus quàm 20. milliaribus à se distantes,alia ad Tiram ex oppositoThehinia, alia,ostia versus Hyppanis si benè munirentur,totum tractum illum triangularem ab Oczakouia tanquam duo parastatæ, id est columnæ ex æquo à se distantes,mirificæ tutum redderent,vt consilium lustratorum adscriptum prudentisimè suadet. De qua re vide titulo Russaua,Balakli & Grodzisko. Distat Czapczaklei ab Oczakouia octo milliarib. aut nouem vt lustratores idem annotarunt.

Czarnylas 49. 12. 50. Aliàs sylua Pieczymegi vocatur. Est etiam Czarnylas pagus Kochanouii Poëtæ eximii in Sedomiriensi prouincia.

Chorbop 51. 3. 48. 5. Ad fontem fluminis Wstecz nō procul à Lucko.

D

DABROVICA 51. 12. 45. 3. Domicilium natale Illustrium & Magnificorum Firlegiorum,Baronum à Dabrouica. Ex ea gente complures Palatini,Præfecti copiarum,Campiductores, Castellani & prouinciarum dignitarii prodierunt,quorum fama vbique etiamnum coruscat. Arma gentis sunt Leopardus. Animal hoc ferunt esse robustisimum,vincit hunc tamen viribus Leo,sed rursus ingenio à Leopardo vincitur.Nam vt eum in discrimen adducat,ferunt cuniculum subterraneum parare solitum,quem quoniam in vestibulo diductiorem latioremque,in exitu verò angustiorem præparare solet:ideo cùm à Leone inuaditur ipsemet vt qui minor,celeri cursu rapaces vngues Leonis elapsus euadit.Leo verò ira exagitatus cauernam,latius ostium habentem facilè ingreditur, postea verò in exitu strictiore, eluctando hæret, & captiuus

 retinetur.

retinetur. Hanc ferunt eſſe naturam Leopardi. Hoc eodem ſtratagemate eius gentis homines, hoſtes patriæ debellare ſolebant, hoc eſt, viribus & ingenio. Nam ferè omnes literati ſunt,ideo etiam literatis hominibus fauent,& ſunt patroni Muſarum munificentiſsimi.

DZIALIN 53. 43. Domicilium & colonia Magnificorum & ſpectatæ nobilitatis Dzialiniorum,quorum aliquot mea ætate in ſenatu Regio cum laude tuebantur ſuum locum.

Druzek 55. 7. 44. 8.
Drezen 53. 8. 46. 10.
Dubrauica 52. 6. 50. 6.
Diſla 58. 7. 10.
Driſmet 56. 11. 51. 1. Grodecius in ſua tabula,in Diſna & Driſna lapſus eſt,& fluminis Dunæ ſitum ignorauit.Quare eo modo,vt hîc vides,error hic eſt corrigendus.
Druſno 55. 1. 42. 1. Lacus nobilis ad Elblingam.
Dubkacz 55. 5. 44.
Dranborg 54. 3. 39. 7.
Drzvviaca flu. 54. 3. 42.
Dzialdovv 54. 4. 43. 8. Significat noſtra lingua Dzialdovv diuiſorem.Nam Pruteni limitem hîc eſſe volunt ſuum qui à Maſouiis eos ſeparet.

DABROVVNO 54. 4 43. 8. locus pernobilis pugna illa,quando Poloni de ſumma rerum duce Maſcouio Vimbramo, cuius ſol inſigne fuit cum cruce,ſignatus Marte iudice ferro decernebant,ante annos 150.Et tum de Cruciferis octoginta millia profligata ſunt. Locus pugnæ ad eam vſq; diem ab accolis monſtratur. Vocatur hæc ab aliis pugna bellum Grinualdenſe. Sed pagus iam ille vaſtatus iacet. In prælio hoc aderat Rex ipſe Iagello Vladiſlaus,aderat & Vitoudus frater Regis. Ex cruceſignatis occubuit ipſe Magiſter ordinis in conflictu cum toto ſuo robore militiæ & multis commendatoribus. Duces Germaniæ aliquot capti & ad Regem perducti culpam deprecantes veniam impetrarunt. Signa cohortum cruciferarum deſcripta habes ſigillatim apud Dlugoſſum hiſtoricum.

Dzvvich 52. 12. 51. 6.
Dlugoſſouice 51. 1. 42. 2.
Dunaiec flu. 55. 43. Hunc amnem alii Danaſtrum,alii Viſclam vocant cum Procopio. Nam ex iis locis demanat, id eſt Scepuſio,vbi Gepidæ veteres Gotthica natio ſedes ſuas habuere præcipuas,teſte eodem Procopio.

Ducla

Ducla 50. 3. 43. 5. Ptolomæus eo quoque loci ponit Ducleotas populos, voce neutiquam dissona.
Debica 50. 2. 44. 6.
Dinovv 50. 5. 43. 2.
Dubiecko 50. 6. 43. 2. Colonia vetustæ gentis spectatæ nobilitatis STADNICIORVM dominorum ab Osmigrod. Horum insigne est amnis Sreniaua. Nam ad hoc flumen ab eorum protauo fusi fugatique erant hostes patriæ. Ideo rectè à quodam erudito hæc victoria celebrata fuit hoc distycho.

Strenuus immanes princeps qui vicerat hostes,
Præsens ad flumen talia signa tulit.

Debno 50. 43. Magnificus Franciscus Veselinus Camerarius Regius illa ditione potitur. Vir heroicis virtutibus conspicuus & omnibus bonis merito charus. Est aliud Debno in prouincia Sedomiriensi Sienieniorum colonia vetus. Est & tertium nouiter locatum oppidum à Magnifico Castelano Leopoliensi ad Szidlovv.

DVBINKI 58. 4. 50. 5. Domicilium natale Illustrium Ducum Radiuilonum, quorum pater principem locum tenuit inter Senatores magni Ducatus Lituaniæ. Huius duo filii ambo Palatini. Nam & Christoferus Castellanus Trocensis successit nunc audio in locum patris, effectusq; est Palatinus Vilnensis. Huius virtus enituit ante biennium in expeditione Plescouiana contra Moschouiæ ducem: vir est acer in armis.
Dobrouoda 50. 9. 40. 6.
Drohobicz 59. 8. 47. 8.
Dolina 49. 4. 47. 8. Affine est vocabulum cognomini Podoliæ. Nam tractus hic ad illam vallem est situs à qua denominatur Podolia. Vites hîc possent plantari, & vinũ proferrent quale Cassouia profert. Est enim cum illa ex æquo meridionalis.

Dabliacz	45.	7.	45.	2.
Dobrzin	51.	7.	45.	2..
Durisko	51.	7.	48.	
Drohobusz	51.	8.	36.	6.
Dunaiovv	50.	4.	48.	3.
Dvviekliczuiecz	49.	10.	49.	10.
Daschovv	49.	6.	34.	

Dromus Achillis 54. Hîc se heros clarissimus exercere solebat.
Dunaiovv 49. 11. 47. 6. ad confluentem Kropiecz & fluminis Lipal
Dzvvan flu. 49. 51. in Tiram incidit. Est castellum desertum Dzvvan, Ducis Ostrouiensis habitaculum.

Dubrouica 52. 51. Supra confluentem Slucza & Mochor fluminum.
Dſlna flu. 50. 54. flumen cis Boryſtenem è regione Chorcycæ inſulæ.
Dauidovv 52. 50. in ipſo confluente fluminum Przy piecz & Slucza oppidum.
Diſna flu. è regione Kiouiæ 51. 55. ad quod duæ arces Moſchorum: Czernieiovv & Patiuol, tantummodo 24. milliaribus à Kiiovv diſtant.

E

ELBLINGA 52. 4. 42. 5. Vrbs nobiliſsima in Pruſsia, cōmendatur quod ſit munita natura loci & altitudine murorum: ſed magis à fide & obſequiis, voluntate denique propenſa erga Reges Poloniæ, etiam in aduerſis caſibus. Ideo eis vt ſigillum aſſeruent Reipub. Pruthenicæ concreditum eſt, à Gedano ſex milliaribus in altera Iſtulæ aciali ripa.

ELCBERG 55. 10. 44. 10. Sedes eſt Epiſcopalis cui nunc præeſt Martinus Cromerus ſcriptor hiſtoriæ Polonicæ, diligentia, eloquentia, & elegantia latini ſermonis, cuius noſtræ ætatis ſcriptori comparandus, & etiam multis præferendus, Senatorque regni digniſsimus.

F

FVLSTINVM 59. 45. Cognomen eſt Germanicum. Multa autem nomina Germanica non ſolum vrbium, ſed etiam præcipuorum nobilium in illa ſubmontana regione reperiuntur. Cuius rei cauſam alio in loco explicauimus. Eſt autem Fulſtinum domicilium natale antiquæ ſtirpis Herbortonum, ex quibus noſtra ætate tres in Senatu regni reſidebant. Arma gentis ſunt tres gladii pomo cuſpidibus infixi.
Fridland 55. 5. 43.
Falkenburg 54. 7. 46. Ex media Germania huc nomina tranſlata veteribus abolitis.
Filek 48. 48. Arx Turcicæ ditionis: credo tantùm ſex aut nouem milliaribus à Scepuſio finibus Polonicis diſtat: Tua res agitur, paries cum proximus ardet.

G

GEDANVM 55. 4. 1. 41. 9. Vrbs nominatiſsima & ornamentum non poſtremum regnorum Europæ ad oſtia Iſtulæ, quæ triginta hauſtis fluminibus miſcetur Baltico freto ſua

amplitudine speciem maris efficiens. Per hanc quicquid habet Polonia, Lituania, Masouia tãquam in æsophagum, Gedanum intrat, & in transmarinas regiones auehitur. Et rursus, quicquid affertur ex Germania, Anglia, Gallia, Hispania, Dania, Suecia, per vniuersam Sarmatiam digitis Gedanensium ciuium dispensatur. Laudatur in ea quòd benè munita sit, populosa, diues, commemorantur horologia affabre facta: sed me in eius admirationem magis rapit gubernatio eorum Reipub. qua prudentissimus Senatus tanquam habenis vniuersam multitudinem regit & in officio retinet. Nec video vrbem in regionibus istis cuius gubernatio sit similior Venetorum Reipub. De nomine Gedani & eius etymo probatur doctioribus sententia Celtis quam hoc distycho expresit.

Sed quondam Gedanum Gotthorum nomine dictum:
Hincque sinus Codanus nomina clarus habet.

Golberga 55. 1. 38. 8.
Guthstat 55. 3. 43. 6.
Germa
Grande Filz 45. 9. 43. 4.
Gvvda fluuius 54. 39.
Grandcz 54. 6. 42. 4. Locus celebris ob quandam victoriam Polonorum. Grudziac à nostris vocatur.
Gesten 54. 10. 42. 5.
Goniadz 54. 7. 46. 11. Venationes istic Regum præstantissimæ.
GOSTOMIA 52. 42. Amplissima & viris fortibus referta domus & locuples. Refert autem non obscurè suo cognomine veterum Gotthorum appellationem & sonum, qui nequaquam remotè olim abhinc habitabant. Sed de origine Gotthorum accuratam inuestigationem habes lib. 3. Annalium nostrorum.
Grimki 54. 5. 46. 4.
Grodno 54. 6. 58. 9.
Grodzisko 54. 4. 40. 9.
Gebica 53. 7. 41. 9.
Gliuice 51. 4. 45. 8.
Grodek 50. 2. 46. 10.
GORAI 51. 4. 45. 8. Memorabilis facti Demetrii de Goray fit mentio in historia Iagellonis, à domino Cromero & aliis circa despõsatione Eduigis Reginæ nuptę Iagelloni.
Grabovv 51. 5. 46. 10.
Gologuri 50. 2. 47. 4. oppidum inter montes, sicut & situ, nominis etymon indicat. Puto autem hos montes qui

à Leopoli Volhiniam vſque protenduntur, Peucinos vocari à Ptolomæo.
Gliniani 50. 3. 47. 1. quinque milliaribus à Leopoli.
Gnieuum 54. 6. 42. 6. Præfectura eſt Cemorum. Eſt autem Cemorum familia, genere & rebus geſtis admodum clara & ſpectabilis. Mea ætate quatuor ex ea gente in ſenatu Regio Palatini erant: Achacius Palatinus Pomeraniæ, Fabianus alter Palatinus Margenburgenſis. Tertius N. Quartus N. Seniorem Cemam ita amauit Albertus Marchio Brandeburgenſis Dux Pruſsiæ, vt cum renunciaret profeſsioni Crucifericæ, exueretque veſtem ritualem qua ipſe Magiſter vtebatur, ipſi ſoli tanquam amico confœderato eam tradiderit, quam hactenus ſucceſſores mnimoſini loco aſſeruant.
Grodek aliud 49. 7. 48. 3. Ad flumen Hnieziola & Tiram domicilium Herbort de Dziedzilovv viri clariſsimi Succamerarii Kamenecenſis.
Grodek tertium 50. 49. In ſummitate fluminis Smetricz, & vnum ex iſtis vocatur Slony Grodek.
GORKA 52. 6. 40. 6. Illuſtrium Comitum à Gorka domicilium, quorum inſigne eſt nauis argonautica. Ex ea gente prodierunt complures Palatini, Campiductores, Epiſcopi, Caſtellani, Oratores ad exteras nationes. Viri toga pariter & armis illuſtres. Horum nomen in Germania & in aliis exteris nationibus ita clarum eſt, vt putes iſtic natos eſſe. Linea vt vocant, iſtorum quantum ego ſcire poſſum ex Senatoribus, hoc ordine poteſt recenſeri. Lucas primus de Gorka Palatinus Poſnanienſis 1340. Lucas ſecundus de Gorka Palatinus Poſnanienſis 1466. Vriel Epiſcopus Poſnanienſis & Cancellarius regni 1479. Lucas de Gorka & idem poſtea Epiſcopus Cuiauienſis, quem ego probè noueram. Nam fui tum alumnus & condiſcipulus nepotum huius, filiorum Andreæ. Vſique ſumus præceptore Ioanne Coſmio viro erudito, qui poſtea Theologus & à concionibus fuit apud Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ 1542. Tandem Andreas de Gorka Caſtellanus & Capitaneus Poſnanienſis generalis. Huius tres filii: Lucas de Gorka Palatinus Poſnanienſis. Frater denique eius Andreas Caſtelanus Miediricenſis, qui nunc fatis conceſsit. Et Staniſlaus Palatinus Poſnanienſis vir abſq; omni exceptione, omnium ordinum, omniumq; ſtatuum iudicio incomparabilis, amator Reipub. ardentiſsimus, & delicium Polonorum.
GNESNA 53. 7. 41. 5. Prima & antiquiſsima ſedes & Regia Poloniæ, olim Lemiſaletum dicta vt placet doctioribus.

oribus. Meo æuo ad eos honores euectus fuit Iacobus Vchanius, cui succeſsit STANISLAVS CARNCOVIVS. Præſul diuini pariter & humani iuris peritiſsimus. Idem locus nobilitatus eſt ſepulchro diui Alberti,& aduentu Otthonis tertii Imperatoris Romanorum. Et quod maximum eſt:eò loci primò honores Regii cum diademate delati ſunt Boleſlao Chobri ſacratę memoriæ Regi Poloniæ,& coronatio iſtic prima conſummata fuit. Quapropter hoc nomine viciſsim honos ſummus habitus fuit eidem Imperatori.

Gluſsininum 53. 42. Tempore Regis Locticonis eo loci bellum acerrimum geſtum fuit cum Cruciferis,ductaque fuit iſtic foſſa ſeptem milliarium, cuius adminiculo aliquot millia Polonorum ſtrenuè ſeſe aduerſus Cruciferos, Iulii Cæſaris aduerſus Pompeium exemplo durante Pharſalico bello,defenderunt. Hoc ergo opus meritò inter antiquitates referri poteſt.

H

HALICZ 49. 5. 47. 6. Halicios Galatas alii eſſe volunt,ad quos beatus Apoſtolus ſcripſit,ſed hoc non videtur veriſimile: niſi fortè pars illorum auulſa in iis locis hæſerit.Sed videtur veriſimilius,Gallorum reliquias loco nomen dediſſe. Neque enim procul ac illis oris Scordiſci conſederant qui Gallica gens erant.Balduinus etiam Gallus ante ducentos annos Imperium orientale occupauerat. Et fieri poteſt vt aliqua portio exercitus illius ad eum locum, compendium calamitatum ſuarum quærendo confugerit. Sed Haliciorum nomen ante Balduinum inclaruerat,vt liquet ex ſerie hiſtoriæ Polonicæ. Reges Haliciorum coronati hoc ordine enumerantur: Colomanus nimirum, Daniel, deinde rurſus Romani filius qui ad Zaichoſtum malè pugnauit. Leo tandem tertius, conditor vrbis Leopolitanæ. Ad augendam verò celebritatem loci Ludouicus, quem noſtri Loiſſum vocant ,Rex Poloniæ & Vngariæ,ſedem Archiepiſcopalem in eadem Halicz erexerat,quæ poſtea Leopolim prudentiſsimo conſilio tranſlata fuit. Prælia etiam complura ad Halicium geſta locum celebriorem reddiderunt, maximè verò Criuouſtii Regis victorioſiſsimi clades memorabilis,cuius poſtea ignominiam Cazimirus ſecundus victoria de Ruſsis parta, aboleuit. Reperitur ibidem lapis Alabaſtrinus,pulcher admodum,ita vt nitore ſuo etiã Phrygium ſuperare videatur. Auehitur inde in Germaniã & alias remotas regiones.

Heiligavv	56.	5.	45.	4.
Heiland	55.	7.	41.	
Heilſpurg	55.	4.	43.	7.

Hamoſtein

Hamoſtein 59. 10. 40. 5.
Humienno 49. 8. 44. 11.
Hyppanis flu. 50. 52. Vide titulo Boch.
Hodorovv 49. 44. Lacus ibi laudatur.
Hniezola 49. 48. Oritur ad Bauorovv & ad Grodek, incidit in Tiram. Trebovvla ad hoc flumen ſita.
Holovvnia villa.

I

Igniecz 50. 5. 44. 5.
Iaſlyska 49. 6. 45. 6. Emporium vini Vngarici. Differuntque Iaſlyska & Iaſle.
Iur flu. 34. 38.
Iagiel 49. 5. 44.
IAZLOVIEC 49. 45. Arx benè murata Valachiam verſus inter flumina Stripa & Hniezola. Et eſt domicilium natale antiquæ ſtirpis Iazloueciorum, quorum pater noſtra ætate Palatinus Ruſsiæ fuit, Oratoremque egit ad Imperatorem Turcorum cum magna laude ſua & Reipub. Gentis ſuę claritatem auxit Iaſlouecius præfectus Sniatinenſis profligato & capto Palatino Valachiæ. Acciderunt hæc anno ſalutis 1 5 8 2.
Iarmolnice villa 50. 50.
Iskaua flu. 50. 48. Vbi & Dubno.
Ikaua flu. 50. 50. Vbi Sieniaua Sieniauiorum.
Iugra flu. 54. 43. In Mazouia.

K

Recentius Kinsbergæ etymon vide Miechouien. hiſtori. vbi dicit occaſionem dedíſſe huic cognomini arcis, aduentu Otthomari Regis Boemorum.

KINSBERG 55. 9. 43. Regium montem latinè vocare ſolent. Eſt vrbs laudatiſsima vel tres ſimul, ita vt tripolis dici poſsit. Scribit autem Plinius lib. 4. cap. 1. & meminit inſulæ Balthiæ quam inquit, Pytheas nominauit Baſyliam. Et Baſyliæ nomen cum Regiomonte quadrat. Tripolim autem ideo vocare placuit, quia ex tribus oppidis propriis, mœnibus, & interlabentibus fluminibus diſtinctis conſtat & coaugmentatur, quibus arx impendet ampliſsima in editiore colle, domicilium hauddubiè illuſtrium virorum indicans. Ibidem eſt maris portus minimè ignobilis & Academia celebris, vbi quoq; ego tyrocinium ſtudiorum meorum ieci, ſumptus mihi & menſam in arce ſuppeditante illuſtriſsimo duce Pruſsiæ Alberto Marchione ſeniore. Nunc prouinciæ illius & dux & tutor ſcriptus eſt à Regno Polonię Georgius ab Anſbach ſoboles digniſsima Regum Polonicorum. Quod factum eſſe reor cùm ob alias cauſas, tum vt teſtatum facerent Poloni quanti

faciant

faciant amicitiam Principum Germaniæ.

Kielmi	56.	8.	47.	7.	
Kapurn	53.	10.	43.	8.	
Kurischferunk	56.	44.			
Kavv	55.	5.	47.	10.	
Klanstein	54.	11.	41.	10.	
Kyssovv	54.	11.	41.	10.	lacus ibi cōmendatur.
Korsborg	54.	11.	43.	2.	
Kniszin	54.		47.	5.	
Kolocz	53.	11.	40.		
Koscian	53.	2.	40.	2.	
Krevv	33.	11.	46.	11.	
Koden	53.	7.	47.	8.	
Klecko	53.	7.	50.	1.	locus nobilis insigni victoria de Tartaris parta.
Kolmi	53.	6.	51.	8.	
Kazimiria	52.	11.	45.	8.	
Kurovv	52.	2.	45.	5.	

KVRNIK 53. 6. 40. 7. Domicilium Illustris Comitis à Gorka Stanislai Palatini Posnaniensis. Arx est murata ad elegantiam & ad sustinendum quemuis hostem, cui adhæret oppidum. Territorium illud omnibus præsidiis œconomicis refertum, horreis, granariis, piscinis, ferinariis, auiariis. Poteftq; de Kurnicio illud dici Tullianum. Et dominus domum & domus dominum cohonestat.

Kunczice 53. 45. Locus natalis familiæ clarissimæ Mniskonum, qui patrum memoria ius ciuitatis in regno Poloniæ adepti sunt, sed ita feliciter, vt etiam omnibus patriciis adæquentur.

Krzeczovv 53. 43. ad Bochnam milliari Italico. Præfecturam illam administrat Magnif. Iacintus Mlodzieiovvski, Thesaurarius aulæ Regiæ, quem virtus, ingenium, fidesq; erga Reges Poloniæ ad eos honores euexit & extulit, cunctis ei bonis fauentibus.

Kozle	52.	6.	46.	3.	
Kozleglouy	51.	2.	40.	8.	
Krzepice	31.	6.	41.	9.	
Kromolovv	51.	11.	41.	4.	
Klobucko	51.	9.	41.	7.	
Kurzelovv	51.	10.	42.	8.	
Krasnistavv	51.	8.	56.	6.	vbi Kazimirus œconomicissimus Rex piscinam ingentem condidit, à qua nomen ciuitati inditum est.

Kamienium 51. 12. 47. 2.
Karmiovv 51. 12. 40. 6.
Kozobaba 50. 4. 42. 4.
Kety 50. 8. 42. 7. Patria professoris Academiæ Cracouiensis, qui ob vitæ frugalitatem, modestiam, elemosynas, inter diuos est relatus sanctus Canti vulgò vocatur.
Keschmerk 48. 7. 42. 8.
Kiermesch 48. 7. 45. 4.
Kropivvna flu. 53. 51. In hoc amne Moschi post cladem Orszensem demersi sunt.
Kopil, ciuitas in Ducatu Slucensi sedesque secundo genitorum.
Krzemieniec 50. 9. 54. Arx murata quam Ianusius Episcopus Posnaniensis erexit firmissimo in loco.
Kuropatvvniki 49. 12. 48. 12.
Kropiecz flu. 49. 48. Incidit in Tiram ad oppidum Kropiecz.
Kuczmania flu. 50. 5. 50. 6. Vide dictionem szlak. Incidit in Axiacum seu Buch inter Vinnica & Braclavv ripa ab altera, 50. milliaribus à Leopoli & aliquot.
Korson 51. 3. 53. 9. ciuitas nouiter locata à Stephano primo, Rege Poloniæ, cum munitione firma ad flumen Ros in ipso transitu Scytharum seu szlak Czarny, vbi cernis literam K. Et pollicentur Regi præsides illius loci, quòd non amplius Scythæ possunt transire impunè per Czarny szlak. Fuisse etiam olim ibi arcem nobilem testantur ruinæ muri vetustate neglecti.

KRILOVV 51. 10. 54. 11. Arx murata in loco valdè opportuno contra Scytharum irruptiones, optimè munita ad morem Germanicarum vrbium. Huius hæres est Castellana Miediricensis à Theczin domina, genitrix Ostrorogorum.

KIOVIA 51. 12. 54. 12. Sedes antiqua Ducum Russiæ. Et quod olim Romani de septemtrionalibus & Indianis monstris & miraculis sparserunt, hoc Rusi de prodigiis & heroibus suis quos Bohatiros, id est, semideos vocant, aliis persuadere conantur. Contumulare autem istos solent in cauernis rupium, quas in immensum tanquam cuniculos subterraneos, vsque Nouogrodiam magnam fabulantur extendi. Illud tamen pro confesso est, & instar miraculi habetur apud peregrinos qui se eò conferunt, quòd à monachis monstrantur isti corpora Principum incorrupta, quæ per longa spacia temporum, loci temperamentum quoddam absque vllo detrimento conseruat. Incolæ id ad religionem referunt, & loci sanctitati acceptum tribuunt. In eadem

vrbe Armeni

vrbe Armeni ſicuti Leopoli & Cameneciæ affatim habitant. Diſtat à Vilna nonaginta milliaribus, à Leopoli ſex ſupra octoginta. De hac diſtychon adiiciam cuiuſdam Poëtæ eruditi.

Nomen habet magnum ſpacioſa Kiouia quondam,
Cuncta breui impoſito, tu milite proſpice forti.

Koroſzczicovv 52. 53. ad oſtia flu. Fekerovv, vbi in Boryſtenem incidit. Ad idem flumen eſt Sytomirz & Cudniovv.

Koualia 51. 10. 42. 8.

Kraſylovv 50. 12. 49. 5. Supra lacum pulcherrimè bipartitum.

Kodoma flu. 50. 6. 50. 6. à Kuczman Scythiam verſus decem milliaribus.

Kulikovv 49. 6. 48. 12.

Kaniovv 50. 8. 54. 10. Munitio Kozakiis referta ad Boryſtenem Porohi verſus.

Kochanie 50. 9. 54. 11. Eſt locus ſupra inſulam dictam Chorcyca inter cataractas ſeu Porohi, aliquot milliaribus ſupra modum amænus: in quo ſi aliqua manus militum diſponeretur, commodè poſſet ſemper impediri tranſitus Tartarorum, qui per vtrumque traiectum Boryſtenis, Kuczmanski inquam & Krzemienieczkie, quoties non ſentiunt eſſe in armis Niſouios Kozakos, liberè traiicere ſolent & infeſtare noſtras regiones. Diſtat hic locus à Kiouia 40. milliaribus. Hæc omnia ex ſententia Magnificorum virorum adieci, qui luſtrandis illis regionibus a R. M. delecti & deſtinati erant. Narrant inſuper præter illas duas inſulas Thomakovvka inquam, & Chorcyca eſſe & alias complures deſertas in illo flumine, in quibus materies ampla & lignorum copia eſt tam ad ædificandas arces, quàm ad naues ſtruendas. Cui teſtimonio ſuffragatur etiam hiſtoria de Principibus Kiouienſibus qui ante quadringentos annos magnos exercitus, & ingentes claſſes ex iis locis ſecundo flumine vſque Conſtantinopolim & vlterius deducere ſolebant ad oppugnandum orientale imperium. Et cauendo ne hoc amplius fieret, exiſtimo Turcas Scythis eos portus repleuiſſe, quos etiam ideo ſuo patrocinio tuentur. Narrant præterea iidem D. luſtratores in ſuo itinerario ad flu. Ros & Tyſmienica & Olſzanica, & in aliis fluuiis eſſe ibidem loca confragoſa, &c. vbi arces poſſent excitari, nec haberet Turca anſam ita conquerendi, ſicuti prætendere ſolet: cùm ad Tiram aliquid noſtri ædificare inſtituunt.

L

Lvblinvm 51. 10. 46. 10. vrbs ſpectabilis, partim ob loci oppor-

ob loci opportunitatem, partim ob nūdinarum celebritatem, quæ ter in anno ibi fieri solent, & singulis vicibus spacio quatuor septimanarum durant. Confluunt eò negociatores ex Turcia, Moschouia, Germania, Armeni, Lithuani, Valachi. Eam celebritatem auxerunt iudicia tribunalicia, quæ istic quotannis exercentur. Est autem horum iudiciorum in Polonia autoritas tanta, vt nec ad Regem, nec ad Comitia inde prouocare liceat. Distat Lublinum Cracouia 36. milliaribus, à Sedomiria 14. Varssauia 24. Vilna 70. A Kazimiria 7. Qui post me eadem recudet, propius in tabula admouebit Kazimiriam Lublino.

Leopardia 52. 2. 46. 9. Domicilium Mag. domini Nicolai Firleii ad flumen Veprum, à Lublino tribus milliaribus. Commendatur à politia, artificibus insignibus & schola. Est præterea locus ille refertus granariis, promptuariis, piscibus, pomariis, hortis delicatis ita exornatus, vt non modò ad necessitatem, sed etiam ad voluptatem comparatus esse videatur.

Lysobyki	52.	6.	46.	5.
Lukovv	52.	9.	43.	11.
Leczna	52.	2.	46.	9.

Luboml 52. 1. 47. 1. Præfectura regni, cui præest vir spectatę nobilitatis D. Krasinski, Metator castrorū Regiorum.

Lancud	50.	8.	45.	4.
Lezaisko	50.	11.	45.	4.
Lelovv	51.	7.	42.	4.

Luczko 51. 3. 48. 5. duas arces habet. Demeationes nauium è Slucko ad Luczko commodæ. Et est sedes Episcopi Luceoriensis. Sita est ad confluentem fluminum Styr & Wstecz. Prefecturam illam nunc administrat summa cum laude Alexander Prunski, Dapifer magni Ducatus Lithvvaniæ, vir magni nominis, ex claro stemmate primariorum Ducum suam originem ducens.

LEOPOLIS 52. 10. 50. 8. vrbs Russiæ primaria Metropolis, muris & vallis optimè munita. Arces habet duas, quarum altera eminet in ipsa crepidine montis excelsi. Laudatur à politia, munitionū firmitate in locis opportunis, & apparatu bellico Est enim illa vrbs veluti propugnaculum, non modò Sarmatiæ ipsius, sed aliarum etiam prouinciarum christianitatis contra Turcorum, Scytharum & aliarū barbaricarum gentium insultus & irruptiones. Est prȩterea nutrix variarum religionum. Sedem ibi habet Archiepiscopus ecclesiæ Romanæ, ibidem antistes Armeniorum qui instituta & ritus Antiochenæ ecclesiæ sequitur. Russorum etiam ecclesiæ complures, qui Constantinopolitanos ritus pro norma habent

ma habent. Solis Euangelicis ab occulto ſydere infeſti ſunt. Præeſt nunc ſedi Archiepiſcopali Staniſlaus Sulicouius, ſiue morum integritatem, ſiue ſolidam eruditionem ſpectes, vir eſt omni laude ſuperior.

Lacuchovv 51. 9. 46. 6. Spectatæ nobilitatis domicilium Orechouiorum & locus natalis. Tres ſunt fratres viri ad res magnas nati, eorum frater vterinus eſt Ioannes Sienienius Leopolienſis Caſtellanus.

Lipouiec	50.	11.	42.	4.
Lipnica	50.	9.	45.	5.
Lesko	49.	9.	42.	11.
Leuocza	49.	4.	45.	5.
Luneburg	53.	5.	45.	5.
Labetauola	50.	5.	45.	5.

Lipſia Ruſsiæ 51. 5. 45. 5. Patria authoris libri & ſolum hæreditarium. Series autem progenitorum eius ſic recenſetur. Eſt in Mazouia in prouincia Plocenſi colonia Sarneciorum quibus commune eſt ſtemma nobiſcum, quod Coruinus vocatur, ad eam vſque diem. Hi ſunt gentiles noſtri. Nam propemodum iam centum anni ſunt cum ex regione illa Iacobus Sarnecius aulicus Regius auus meus relictis penatibus in eas regiones delatus fuit. Fuit is tum Regi percharus, quòd miniſterio eius vtebatur in legationibus ad Scytharum principem. Nam linguæ Scythicæ noticiam ſibi comparauerat. Et quia tunc bellum Bucouienſe contra Valachos parabatur, etiam ille alacriter caſtra Regis ſequebatur. Et cum ad Zarnouecium, ad flumen Prutum, præclare Regi operam ſuam probaſſet, ſtrenueque ſe geſsiſſet, ferociam Valachorum, qui cum Stephano Palatino ripam inſederant, non ſine graui diſcrimine reprimens. Rex pro donatiuo virtutis, pagum ei in Belzenſi Palatinatu Slepcze nuncupatum & Sculteтiam Krczonouienſem, attribuit. Sed non diu ei conceſſum fuit præmio illo virtutis frui. Nam non ita multò poſt, ſiue vulneribus in bello Valachico debilitatus, ſiue peſtilenti aura, vt creditum eſt, afflatus: quæ bello illo durante inualuerat, fatis conceſsit, relictis in eadem poſſeſsione tribus filiis: Andrea nimirum, Staniſlao, & Ioanne, quos ex Heduige Piatkouia coniuge ſua nobili fœmina, ſuſceperat. Horum minimus natu Ioannes, quem iam moriturus baiulabat, ſub axillis tenens, pater meus fuit, Andreas verò in finib. Podoliæ Struſiis cōmilitabat, vbi & filii eius duo ante viginti annos, in campis credo Tehinenſibus, pro patria fortiter dimicãdo aduerſa tela pectoribus exceperunt. Tertius verò in Moſchouia ad Neuel arcem,

sub signis Ioannis Goraii, viri fortis militando, vnà cum Malicio, periit. Cùm igitur Rex accepisset auum meum vitam cum morte commutasse Ioanni Zamoscio, qui postea à supplicib. libellis, seu Referendarius fuit, tutelam pupillorum commisit, quod munus il le tanto alacrius subiit quo magis hominem dilexit, compluribusque in rebus, eius obsequiis familiarius vtebatur. Itaque vir eximi us & bona puerorum interuersa à malignis tutoribus breui vindicauit, & vbi ad ætatem iustam peruenêre vxores eis addixit: Andre æ cognatam suam Tarimirska, Ioanni verò agnatam Helizabetam Gorzkovvska, quæ mater mea fuit. Hæc festinanti stylo attingere volui, ne dum aliorum res ad posteritatem transmitto, meis prorsus deesse videar.

Lipa flu. 49 12. 47. 12. ad Gologury oritur, & Dunaiovv præterlabitur, tandem ad Tiræ iungitur, è regione Halicz.

Lindaua flu. 49. 12. 49. 12. in Tiram illabitur infra Camenec octo milliaribus.

Lyssoua flu. 50. 6. 47. 12. ad Beresteczko flumini Stir vnitur.

Litovvisz 51. 5. 47. 8. Ad Bug flumen.

Ludinia flu. 53. 44.

M

MIELEC 55. 2. 44. 6. Vetustæ gentis Gryphiorum domicilium natale, ex quo prodierunt plurimi senatores hui9 regni, Palatini, Castellani, Cāpiductores, puto & duces Pomeraniæ veteres. Horum insigne est Gryphius, nostri Svvoboda more vsitato vocant, id est liberum liberalemq; animum, eo quòd multas possessiones vt quidam non ineptè exponunt ecclesiastico ordini con tulerit, vt donationes Iaxæ militis Hierosolymitani testantur.

Miechovv 51. 3. 42. 8. Situm huius oppidi simillimum esse ferunt Hierosolymitano territorio. Et credibile est fun datorem oppidi Gryphium Iaxam quæsiuisse locum eius instituto aptum, qui similitudine sua memoriam referret pariter & loci cele bris templi, & peregrinationis Hierosolymitanæ qua defunctus huic operi extremam manum imponere voluit. Nunc Andreas Ba thori, nepos S.R. M. ibi rerum potitur, qui hoc anno in numerum amplissimi Senatus Cardinalium à Pontifice summo est adlectus. In hoc Illustrissimo Principe aspectus decorus, facies augusta, mo res amabiles pollicentur, & fidem faciunt pro eo, nequaquam degeneraturum à patrui sui moribus Serenissimi inquam Stephani Regis Poloniæ.

Marussa 49. 10. 51. Flumen Podoliæ. Et nota dialectum Cymbricæ linguæ vetustioris. Nam Plinius annotat Cymbros olim mare mortuum Morimarussa vocitasse.

Msticzovv 51. 5. 43. 12. Natalis locus Plazonum. Gens hæc est nominatissima in Polonia. Suntque contribules & coarmes, vt vocant, Tecziniorum.

Mrzyglod	51.	5.	43.	12.
Mstovv	51.	9.	42.	2.
Malogosc	51.	8.	45.	3.

Mons crucis 51. 12. 44. 6. locus celebris ob peregrinationes quæ voti causa suscipiuntur religionis ergò. Cernitur templum illud & monasterium ferè decem milliaribus, vsque adeò mons in alta rupe eminet. Monstratur ibi à monachis, peregrinis peculiare atrium, quod vocãt illi patria lingua, Rayski dvvor. Et si quis ex posteritate Debno, qui illud monasterium fundarunt, turrriculam paulò altius monasterio fenestratam excitaret, in qua laterna vel lampas noctu iugiter arderet, certè loco illi maiorem admirationem & sibi perenne nomen pararet. Cerneretur illlud lumen existimo per quindecim & amplius milliaria, possetque cum Olympo monte Græciæ conferri.

Macieiovv 52. 44. Antiquæ & spectatæ nobilitatis domicilium Macieiouiorum. Arma gentis sunt Vitulus cornupeta. Decus huius gentis nostro æuo floruit Samuel Macieiouius Episcopus Cracouiensis & Cancellarius regni.

Moroua flu. 50. 9. 39. 6. Ab eo flumine & regionem ipsam Morauiam inquam, dictam esse putant. Patrium solum fuit Marobudi illius Principis clarissimi: sed & illo æuo Morauia non valde absimili voce dicebatur Martomania. Fuit autem Marobudus ex stirpe Squadorum oriund⁹ qui Sarmatæ erant. De hoc complura libro tertio historiæ nostræ leguntur.

Mogila 50. 6. 45. 8. Monasterium insigne vnico tantùm milliari à Cracouia Vandæ Reginæ Poloniæ tumulo concelebratum. Aggestum illud cernitur è longinquo à prætereuntibus. Præest nunc illi loco Episcopus Camenecensis Martinus Bialobrzeski Theologiæ catholicæ peritissimus, & ad obeunda munia Reipub. vir peridoneus.

Manasterziska 49. 47. Fortalicium seu munitio pulchra & possessio ampla. Fuit quondam patrimonium spectabile Magnificorum, qui dicebantur Manastirsczi, quorum posteritas dicuntur esse Iazlouecii. Huius munitionis superioribus temporibus tantùm quędam ruinæ eminebant, quæ tamen antiquitas indicabat istic

dicabat istic alicuius magnatis domicilium fuisse. At nunc Ioannes Sienienius Castellanus Leopoliensis hæres illius ditionis suo sumptu impensisque omnia quæ erant collapsa instaurauit: partim muris ab integro in locis opportunis excitatis, partim materia quercus Iouis arbore munitiones firmando. Eaque omnia ad vtilitatem Reipub. & posteritatis suæ peregit. Tempore enim incursionum Tartaricarum cōmodè tanquam ad asylum quiuis indigus ope eò confugere potest. Et aliud 51. 6. 48. 6. ad Styr flumen Tiram versus.

Marussa flumen vel Marhaska 49. 50.

Mochor flu. 51. 51. Ad Polonne in Slucz flumen incidit.

Morauica 51. 49. Ad Iskievv flu. Est & pagus ad Cracouiam.

Mogila zborna 50. 4. 44. 8. vbi Bozek flumen oritur. Est promontorium nobile ad Medziboſz.

N

NIESVIES 53. 7. 50. 8. Radiuilonum Illustrium domicilium natale, de quibus vide infra: titulo Olika. Distat Niesvviezum à Klocko duobus milliaribus, à Kopil quinque, quod est situm in Slucensi ducatu. Collegium istic Iesuitarum instituitur. Arx murata benè firma.

Niesvvieta flu. 56. 4. 56. 1.

NIEPR 56. 4. 56. 1. vel Borystenes, magnitudine, Rheno & Danubio cōfertur. Hic enim quondam naues magnas & classes etiam ingentes sustinere potuit, vt testantur historiæ de Kiouiensibus Ducibus Olha & aliis qui magno apparatu Constantinopolim oppugnare solebant. Oritur paulò vltra Smolensko, & capit in se flumina amplissima, Bereziny, Tur, Przypiecz Stir, Slucz, & alia innumerabilia, ab orientali verò parte infra Kiouiam Dilna, Trubiesz, Vday, Zula, Osla, Psial, Somovv & Horol. Hi eo ordine aggregati Borysteni, in Euxini ostia ita impetum faciunt, vt sua dulcedine & ipsum mare inficiant, eiusque aquas dulces reddant teste Ouidio. Vrbes sua vnda sitientes potat, Sklovv, Mohilovv, Kiovv, Czyrcasy, Kaniovv. Insulas nobiliores circumfudit: Chorcyca, Thomakovvka &c. Commemorantur duo eius nobiliores traiectus Krzemieniecki inquam & Kuczmienski, qua Scythæ illi Batthones & alii barbari transiuerunt & nunc transire solent. Sed Nisouii Kozaki (milites sic vocantur) latè littus illud complexi sunt.

Narkie ad ostia Lipæ ad Tiram.

Niemia flu. 49. 51. 8. propè Russaua flu. ad Tiram.

Nigra sylua

Nigra sylua 51. 52. vbi Scythæ latitare solent, inuasuri in regiones nostras.
Niemoiouice 55. 3. 48. 3.
Nogat flu. 54. 9. 44. 8. vbi se Istula findit: & pars eius Margemburgum tendit, pars verò altera Gedanum defertur. Sed illa quę Margemburgum tendit, Nogat propriè vocatur, ab amne quodam in cuius meatum detrusa Istula sui propaginem eò cum Nogato transmittit.

Nica	54.	4.	40.	7.
Nakiel	54.		40.	
Naiburg	54.	7.	42.	
Notes flu.	54.	7.	42.	7.
Nomogrod	54.	7.	45.	6.
Niemienczice	55.	11.	50.	5.
Narevv flu.	57.	11.	44.	6.
Nouydvvor	53.	12.	40.	10.
Namislovv	52.	3.	40.	5.
Ner flu.	52.	12.	42.	8.
Niesuchoieza	52.	1.	48.	7.
Nissa	51.	5.	39.	5.
Nida flu.	50.	2.	42.	12.
Nouytarg	50.	2.	42.	12.
Niemen flumen.				

Niepolomice 50. 10. 42. 9. vbi partem Herciniæ syl uæ veteres statuebant. Nunc venationes istic Regum Poloniæ delectabiles.

NIESTR 49. 10. 45. 6. oritur ex montib. Sarmaticis qui vocantur Beskid, & antequam amplo gurgite deuolui tur in Euxinum Pontum, capit in se Podolica flumina nobiliora decem: Lipa, Stripa, Sereth Podolicum, Zbrucz, Smotricz, Vsicza, Rovv, Ladaua, Dzvvan, Rusaua. A meridionali verò parte, flumen Halicense, Dolinense, & Tarnauatkam: sed quod Ouidius tardum Tyram vocat, non possum demirari. Vel eum nunquam vidit, vel aliud certè Tyram vocat, quàm nos hodie vocamus. Constat enim velocitate nostrum Nestrum multa flumina anteire. Nisi fortè ex montibus decidens rapidior sit, vbi verò Euxini vndis repercussus visa maris amplitudine & collata sua paruitate veluti rubore percussus cursum suum inhibuerit. Nam credibilius est Ouidium Tyram vidisse ibi alicubi circa maritimos campos quum ad lacum su um Vidouo Iesioro proficisci volebat.

O

OLIKA 55. 5. 48. 7. Illustrium principum Radiuilonum & Comitum in Szidlovv patria & locus natalis à quo etiam Duces denominantur. Septem horum mea ætate simul in Senatu regni residebant. Tantam opinionem virtutis, prudentiæ, & dexteritatis in rebus agendis Deus penes eam gentem reliquit. Eo anno quo hæc scripsimus, hoc est 1584. Georgius Radiuilus in numerum amplissimi Senatus Cardinalium est adlectus & inauguratus ipso Rege assistente & ceremonias quasdam vt audio, circa inuestituram vt vocant, per se adiuuante. Primus hic est Cardinalatus in Litvvania. Antea verò Episcopus tantùm Vilnensis & Liuoniæ administrator vocabatur idem Georgius Radiuilus.

Oliua 55. 48. Monasterium celebre ad Gedanum.

Orsenuald 54. 5. 39. 1.

Osiek 54. 7. 42. in Pomerania. Aliud est ad Sedomiriam. Tertium ad Varsauiam Osiecko.

OSSA flu. 54. 5. 42. 7. Erant verò populi Sarmatici Morauiam versus ad flumen quod dicitur Olsa. Et forsan ipsum ante vocabatur Ossa, sed successu temporis s litera in l mutata Olsa vocari cœpit. A quo etiam Olstinek oppidũ est dictum. Nam Cornelius Tacitus dicit: Osii, Burii terga Marcomanorum claudunt. Forsan ergo pars aliqua gentis illius in Prussia hæsit ad flu. Ossa, vbi Chobrius Rex columnas iniecit. Vnde & pagus vicinus Slupia, id est columna dicitur ad Rogozno.

Olstinek 54. 8. 45. 6.

Orszlica flu. 54. 4. 44. 2.

Ortesburg 54. 0. 44. 5.

Odzilsko 54. 11. 55. 7.

Orssa 55. 5. 55. 7. Arx vbi ingenti clade octoginta millia Moschorum à Polonis Lithvvanisque ferè deleta fuere, anno salutis 1508.

Olszno 55. 7. 38. 5.

Oborniki 53. 9. 40. 4.

Orcycel flu. 54. 44.

OSTROG 51. 5. 50. 4. Sedes & domicilium natale Ducum Ostrouciorum. Et credibile est istic olim consedisse colonias Ostrogotthorum gentis bellicosæ, cum & scriptores vetustissimi Alaunos, hoc est Volhinios, Gotthos affirment fuisse. Et Bessaraborum vadum, etiamnum vicinum istic traiectum per flumen Slucz vocatur. Besarabes autem in veterib. sedibus Gotthorum habi-

rum habitant inter Tyram & Iſtrum ſeu Danubium. Denique nomen Oſtrogotthorum cum Oſtrog valde eſt affine & homonymum. De Conſtantino Duce Oſtrogeos viro noſtræ ætatis in rebus bellicis nemini ſecundo ſæpe mentio in hac noſtra hiſtoria occurret. Fuit is pater Conſtantini huius Baſilii, affinis noſtri, qui ducta in vxorem filia Comitis Ioannis à Tarnovv Polona, ſua amabili ſobole vtriuſque herois, hoc eſt patris & ſoceri ita viuam memoriam expreſsit, vt cum ambo fuerint præfecti ſummi copiarum, & ambo iamdudum mortui ſint, tamen intuitu ſolo Illuſtrium iuuenum ita perculſi, eorum admonemur, vt non ante triginta annos ſed nudius tertius eos mortuos eſſe credamus. Sita eſt Oſtrog ad confluentem fluminũ Horin & Vilgia. Vrbes eorum ditionis ſunt: Oſtrog metropolis, Oſtrokol, Baſilea, Kraſylovv, Kucżmin, Konſtantynovv, Oſtrokol, Dubno. In Polonia verò Tarnovv, Tarnopole, Czerniechovv, Przeuorsko. Cæterarum non benè recordor. Sed audiui quoſdam eorũ arces circiter quinquaginta numerare.

Orczik flu. 54. 3. 44. 6.

Olkuſium 51. 2. 42. 2. Argentifodinæ & plumbaria milliaribus quinque Cracouia diſtat.

Oſtrokol 51. 1. 50. 7. Antiquis Baſſarabei vadum vocatum.

Oſtrovv	51.	9.	46.	2.
Oleſznica	52.	6.	40.	2.
Obra flu.	53.	12.	40.	2.
Opoczno	53.	5.	43.	4.
Okrzeia	52.	7.	47.	4.
Orchovv	52.	7.	43.	51.

Opole 51. 8. 44. 4. oppidum ſpectatæ nobilitatis Slupeciorum.

Ogrodzieniec 51. 2. 42. 6. Arx Bonerorum murata miræ elegantiæ.

Opatovv	51.	8.	43.	7.
Oſiek	51.	4.	44.	6.

Ostrorog 53. 5. 50. 4. Sedes & domicilium natale vetuſtæ gentis Oſtrorogorum, ex quibus multi inſignes Senatores, & etiam aliquando gubernatores totius regni extiterunt. Sed illud eſt peculiare quod de illis & Czarnkouiis, Sbaſiniis, Samotuliis prędicatur, eos nimirum primos fuiſſe inter Polonos ex vicinioribus illi loco, vbi id accidit, Chriſtiani ſunt facti, ſeu nomina ſua Chriſto dederunt, lauacroq; baptiſmi initiati eam gloriam obtinuerunt. Cuius rei ſignum ſpectabile hactenus pariter &

nobilitatis suæ gerunt: vittam nempe baptismalem vno saltem nexu contortam, qualem ii qui baptismo initiabantur caput redimiti gestare solebant. Habebant quidem antea illi aliud ducale signũ auitum, ad pompam & ostentationem magis comparatum (quo vitio fastus etiamnum nostra ætas plurimum laborat) sed abnegatio sui & humilitas christiana in eis effecit, vt hoc symbolum christianæ mansuetudinis omnibus titulis & signis quantumuis speciosis antepofuerint.

OSOLIN 51. 5. 44. 5. Arx murata, domicilium natale generosæ & antiquæ stirpis optimeque meritæ de Repub. Polona Osoliniorum. Habent hi firmiter impressas notitias virtutum, quæ res facit vt semper eodem modo agant & ęquabilitatem retineant.

ODRY 50. 3. 45. Ad hoc oppidum oritur flumen Odra, ideo & flumen ab eo denominatur. Fuit sedes olim Gotthorum. Ideo à Plinio Guttallus à Gotthis flumen illud appellatur. Iuxta verò Strabonem fines Gotthorum exporrigebantur vsque ad fines Sueuorum non longo admodum interuallo, quod etiam nomen fluminis Sueuus indicat.

Orlovv 53. 4. 41. 7. Oppidum à Lecicio quatuor milliaribus. Produxit hæc domus viros cordatos, nec consilii inopes: iuxta dictum Philosophi: Militem oportet esse instructum legibus & armis.

Opatouicc 50. 12. 43. 7.

Opaua 50. 9. 40. 7. A veteribus Sydirorychiæ eo locorum statuebantur, temporibus nimirum Traiani. Ideo Cornelius Tacitus dicit Gotthinos illo æuo pependisse tributum Sarmatis tanquam possessoribus illarum regionum legitimis, vt eis liceret metalla in illo territorio fodere & præparare. Expresse hæc habentur in libello de situ Germaniæ, paragrapho: Proh pudor.

Oleszko 50. 9. 48. 12. Sedes quondam ducalis fuit Sienieniorum donatiua, ad quam & Zloczovv pertinebat, in monte editiori ex quo flu. Bug & Stir oritur.

Orauа flu. 48. 8. 42. 3.

Oczakovv 49. 54. Primarium oppidum Scytharum; sed nostrates Iazlouecii & Sieniauii patriam suam istic fuisse asseuerant. Distatque ab ostiis fluminis Buh aliquot milliaribus.

Ostr flu. 51. 54. ab oriente, id est, è regione Kiovv in Borysthenem se infundens.

Ouidii lacus 54. 49. inter Hypanim & Tyram, sed viciniori ostiis Tyræ. Cernitur ibi murus quidam plumbo cõpactus, qui

in mare medio milliari porrigitur. Dicuntque Vitoudum eovsq; in mare equo descendisse, dominium sibi maris Sarmatici vendicans.
Orol flumen ad ostia Borysthenis à parte orientali à Taurica.
Olssenica flumen Borysthenis hîc ab ea parte.
Obertim 49. 5. 48. 7. non remotè à Chotim villa, victoria gloriosissima de Valachis parta concelebrata. Ibi concidit Dauid Sienienius pro patria pugnando, pater huius Ioannis Sienienii Castellani Leopoliensis.

P

Pieskova skala 51. 2. 42. 3. Domicilium natale peruetustæ gentis Szafraneciorum, ex qua multi Senatores, Palatini, Episcopi, præfecti copiarum, velut ex equo Troiano prodierunt, vt est in prouerbio, (Nam equus quoq; est insigne Szafraneciorum.) Hic ergo equus edidit in lucem homines frugi & vtiles Reipub. quarum virtutum typum habes in hoc Palatino Sedomiriensi Stanislao Szafranecio, in quo peculiariùs memoria Senatorum prioris ætatis videtur hæsisse, authorisatis inquam, grauitatis cum pari animi probitate. Accessit corporis proceritas, facies decora, supercilium graue.
Prut flu. 55. 49. A duce quodam eius nominis sic dictum. Hic amnis dislimitat Valachiam.
Poprut flu. 49. 45. Ad Sadetiam cum Dunaiec seu Danastro confluit.
Polaniec 51. 5. 44. 7.
Pokrzivvnica 51. 5. 44. 8.
Paczanovv 51. 5. 44. 7.
Piotrauin 51. 8. 44. 9. locus hic innotuit historia diui Stanislai. Monstratur ab accolis traiectum eius per Vistulam miraculosum. Monstratur quidem, sed tamen non cernitur, nisi ita credentibus.
Pczina 50. 9. 41. 9. Quibusdam Pczina quasi latinum piscina sonat, quòd ibi piscium & piscinarum supra quàm credibile est, copia sit magna.
Preclavv, metropolis quondam Rusiæ, & socia Kiouiæ.
Prochnica 50. 45.
Przemisl 50. 6. 45.
Potylicz 60. 45.
Pomorzany 50. 3. 47. 11. Domicilium spectabile Magnifici domini Ioannis de Sienno Castellani Leopoliensis.

Arx est eximia ad splendorem & ad propulsandum hostem patriæ instructissima, murata & quidem ex integro magna cum arte, opera & sumptibus eiusdem M. domini à Sienno. Fuitque hæc quondam possessio gentis clarissimę Svvinkonum, ex qua stirpe floruit olim Archiepiscopus Gnesnensis. Prodierunt & alii successores viri spectabiles & celebres ex eadem familia.

Plawiecz 47. 7. 43. 4.

Polock 57. 8. 52. 10.

Podhaice 49. 11. 48. 5.

Polonne 51. 53. 5. in confluente fluminum Slucz.

PINCZOVV 51. 5. 43. 7. Domicilium clarissimæ gentis Olesniciorum, ex qua familia fuit Zbigneus Cardinalis ornamentum Poloniæ præclarissimum. Arx in monte altissimo ex lapide secto & magna ex parte polimito, arte exquisita fabrefacta, testatur istic virum magni nominis mansisse. Sunt ibi cellæ vinariæ eius proprietatis, vt vina mediocria, & etiã tenuissima, reddantur eximii saporis ad admirationem palati bibentium. Signum gentis est quod iam vsitato more vocatur: Virgo violata. Hoc idem est signum Sienieniorum. Quia vnam gentem esse volunt. De quo plura vide in fine ex professo de insigni Debno.

Pianini 49. 53. locus iudicio senis Bernhardi Pretuicii peridoneus excitandæ arci cum propugnaculis contra Scytharum, immanissimæ gentis irruptiones, idque in ipso aditu regionum barbaricarum.

Pokucie 50. 5. 55. 5. Significat autem nostra lingua pokucie pœnitentiam, eò quòd in reatu detentos ad eas regiones Romani in exilium mittebant. Eos nimirum ciues qui turbulentiores videbantur, aut de proditione suspecti. Et hoc vocabant relegationem, aut deportationem. Porrò exilium grauior erat mulcta, id quod nostri bannitionem vocant.

Pieczymegi sylua 49. 8. 53. Hîc sedes suas Peucinos veteres habuisse autor est Bernhardus Vapouius.

Porohi 49. 12. 34. 12. Prog nostra lingua significat limen. Quia ibi sunt augustiæ Borysthenis ob rupes quib us coarctatur aqua profluentis & veluti per limen ex alto decidit cum magno fragore. Vltra hoc limen cùm milites Kozaki euadunt, iam se securos putant à Scythis. Veteres talia loca Katadupa à sonitu qui è longinquo exauditur, vocare solebant. Inueniuntur tales cataractæ & in his magnis fluminibus Istula ad Gnevv, Narevv, Rheno ad Baden. Forsan Deus veluti frænum eo modo iniicere eis voluit vt cursum eorum retardaret, ne abuterentur sua potentia, supra modum arando terram.

POSNANIA 53. 7. 40. 6. Posna vrbs pulcherrima, riuis distincta ad voluptatem, veteribus Stragona dicta: sed nomen mutauit ab illo tẽpore quo Imperator Ortho tertius cum Rege Poloniæ Chobri notitiam iniit. Inde Posnania vocata. Aut verius, quòd Poloni illo in loco primùm notitiam christianæ religionis (quod poznániem pravvdy vocant) consequuti sunt. Laudatur illa vrbs à politia, amœnitate loci, & morum elegantia: sed verius laudari potest ab eo euentu quòd in illo territorio, vt iam dictum est primum omnium ad cognitionem Christianæ religionis & abiectionem idololatricorum cultuum peruenere Posnanienses cum Rege & viciniori ibus familiis, Czarnkouiis inquam, Ostrorogis & Zbąsiniis, Samotuliisque, qui signa conuersionis suæ vittam baptismalem hactenus pro armis circumferunt.

Pakosc 52. 12. 44. 8. ibi cruce limes signatur.

Plocko 53. 9. 45. 8. quondam Ducum Mazouiæ sedes. Arx murata & ciuitas.

Przedborz 52. 1. 42. 8.

Piotrkovv 52. 8. 42. 7. vbi olim heroes Poloniæ causa comitiorum antiquo instituto conuentus agere solebant.

Plauiecz 54. 1. 42. 7.

Pabianice 52. 9. 49. 8.

Parcovv 52. 4. 48. 6.

Przypiecz flu. 52. 4. 48. 6. Peucinorum coloniæ.

Prossouice 51. 5. 45. solum fertile & supra modum pingue. Vnde iocus Sigismundi primi Regis Poloniæ desumpt⁹. Cùm enim Ioannes à Lasko Archiepiscopus Gnesnensis impensius coram eo gloriaretur se in oppido suo Lasko non modò cathedralem vel collegiatam ecclesiam erexisse, sed etiam cęmiterium eius terra sacra Hierosolymis aduecta conseminasse. Ille subridendo inquit, Quid terram sacram? Si fertiles illas arenas Masouiorum reddere voluisti, potius Prosouiensem terram tecum eo deportasses, agrosque illos conspersisses. Tantùm Rex solo Prosouiensi tribuebat.

Pascua Pomarzani 50. 48. In summitate fluminis Kropiecz sita sunt.

Pascua Zloczouiensia 50. 6. 48. 4. in summitate scaturiginis fluminis Stripa.

Pascua Oczakouiensia 49. 54. inter Oczakouiam & Ouidii lacum.

Pikovv 51. 2. 51. 9. oppidum.

Ploskirovv 50. 3. 49. 8.

Probito

Probito flu. 50. 8. 52. 8. ad Hypanim.
Pisczambot flu. 50. 9. 53. incidit in Hypanim. Ibi etiam est pons Vitovvdi.
Poromil 51. 6. 48. ad Styr flu.
Podkamienie 49. 47. 4.
Poltovv flumen sub Gliniany.

Q

Qvvidzin 54. 10. 42. 7. Vide infra in descriptione veteris Poloniæ paragrapho Quadi.

R

RADLOVV 53. 40. Locus amœnus & refertus omni genere elegantiarum, ita vt Luculli hortum putes. Domicilium est Magnifici Opalenii, supremi Marsalci regni Poloniæ & capitanei generalis maioris Poloniæ.

Ragneta 53. 8. 43. 8.
Rein 53. 2. 43. 7.
Rogozno 54. 6. 42. 6.
Rozemberg 54. 8. 42. 11.
Rozan 54. 1. 41.
Rastemberg 54. 12. 44.
Raigrod
Rozanka 54. 4. 49. 7.
Radomia 54. 11. 49. 5. Est & flumen ad Gedanum.
Resizad 55. 5. 54. 5.
Rzepin 55. 5. 58. 6.
Raciąz 53. 11. 43. 6.
Radzimin 53. 7. 44. 8.
Raua flu. 53. 5. 45. 6.
Radoszyce 52. 1. 43. 6.
Raciborz 50. 11. 40. 12.
Ribnik 50. 10. 41. 4.
Regius mons, vide Kinsberg.
Rimanovv 50. 2. 44. 7.
Rab flu. Rapo 59. 2. 44. 3.
Ropa flu. 50. 43. ad Biecz flu.
Rohatyn 49. 10. 47. 6.
Russaua flu. 49. 51. in Tyram labitur. Libenter hæc Russica & Podolica annotamus & curiosè perquirimus, quia depopulationes Tartarorum sæpè cogunt nos talia perscrutari. Vbi sint, quid agant, quò tendant.

Rovv flu.

Rovv flu. 50. 51. incidit in Hypanim. Et ad eius ſcaturiginem in ſummitate Bar arx munitiſsima.

Ruſtauica flu. 51. 52. in Hypanim incidit, vbi inſignis vir Staniſlaus Strus occubuit, pater iſtorum, fortiter dimicando cum Scythis.

Rakovv 51. 6. 43. 12. Erat quondam ſylueſtris ſolitudo, dumeta & latibula ferarum, quæ ab agnatis ſuis Gnoieniis idem Mag. Ioannes à Sienno Caſtellanus Leopoliẽſis redemerat, & ſyluis extirpatis, molendinis inſtitutis, agris excultis oppidum excitauit pulcherrimo nomine ei impoſito Rakovv, quod ſignificat Cancrum ab inſignibus vxoris ſuæ chariſsimæ. Ibidem oppidum ab inſignibus ſuis locauit, vt ſempiternum extaret memoriale felicis coniugii & amicitiæ inter Sienienios & Gnoienios. Ibidem & villas & piſcinas cõplures, & aulas amplas magno ſumptu fabrefecit. Et tertium oppidum Stephanovv à nomine Sereniſsimi Regis Poloniæ patroni ſui clementiſsimi appellatum locauit.

S

Sedomiria 51. 1. 44. 10. Sedes ſecundogenitorum fuit, cùm Reges hæreditabant, naſcebantur non eligebantur. Eſt locus ille ſupra modum amœnus & delicatus. Vineæ iſtic coluntur. Pomaria vbique patent, ita vt putes vndiq; ſyluas circunſtare. Tanta ibi eſt copia nobiliſsimarum frugum. Propterea Cazimirus Magnus & alii reges eò ad capiendam auram animi cauſa progrediebantur. Auxit loci beneficium ciuium ipſorum vrbanitas coniuncta cum aliis oblectamentis. Inuenias ibi præſtantiſsimos Medicos, Muſicos, potus varia genera, & hilarem clerum, piſcium, mellis, ſalmonum, ferinarum, frumenti, & aliarum libentiarum (vt Gellii verbo vtar) copiam incredibilem. Adminiſtrat præfecturam illam ſumma cum laude vir Magnificus Andreas Firleius dominus à Dabrouica, Caſtellanus Lublinenſis.

Sequa	54.	44.		
Suenta flu.	56.	45.		
Saikiemi	56.	6.	47.	4.
Svvintraua	56.	4.	50.	8.
Smolenskò	56.	11.	56.	4.
Selbgorg	55.	1.	45.	9.

Sud 55. 44. Sud Samogitæ, id eſt, Septemtrionales Samogitæ. Inſula eſt retrò Regium montem. Vel ſunt Sudinorum veterum populorum reliquiæ, quarum Ptolomæus ſubinde meminit.

Szepenpil 55. 3. 43.
Soka 55. 3. 44. 5.
Salauni 55. 46. 6. Idem forsan quod Savvlæ vocant. Præfectura prædiues.
Seimi 55. 10. 47. 10.

SOMLO 48. 6. 46. 6. Arx est murata in Hungaria, à Sambor 38. milliaribus, à Kolozuar 11. Estque locus natalis Batororum. Gens hæc Illustris & vetustissima, ex qua anno salutis 1576. Stephanus primus, Princeps & Palatinus Transyluaniæ, Rex Poloniæ & Mag. Dux Litvvaniæ electus fuit. Hic aduentu suo turbatas res Sarmatiæ pacauit, mæroremque incredibilem Poloniæ ob extinctos modò auitos Reges lætitia sui aduentus exhilarauit. Chronologi annotãt iam ante Cæsaris Augusti tẽpora Batororum stirpem in Pannonia floruisse. Ita enim Strabo inquit: Pannoniorum gentes sunt: Breucii, Andixecii, Diascones, Pirostæ, Mazæi, Desiciatæ, quibus Bato imperabat. Hæc si ita se habent, origine ergo hic Rex non tam Hungarus, quàm nostras esset. Nam Hungari nondum peruenerant tum in Pannoniam. Pannones autem à nostris Panis seu Polona nobilitate non ita multum dissident. Quin immo Cechus & Lechus ad nos venit cum suo comitatu & colonis ex Pannonia. Meminit etiam Iouius Batororum aliquoties, ex quibus Proreges Hungariæ patrum nostrorum memoria designati sunt.

SLVCKO 53. 52. Sedes Illustrissimorum Ducum Slucensium. Principes isti prodierunt ex eadem stirpe ex qua Reges Poloniæ Hungariæ & Boëmiæ originem suam deriuant. Adepti sunt autem maiores horum Ducum virtute belli pacisque artibus prærogatiuas tales & tantas, vt tempore pacis primum locum in Senatu, tempore belli dextram manum tenere, tutelaremque salutis Regiæ curam habere promeruerint. Potestq; eorum stirpis series hoc ordine enumerari. Olgerus Mag. Dux Litvvaniæ primam vxorem Iuliam seu Vlianam duxit filiam Ducis Vitepsciensis Russam, religionis Græcæ, ex qua suscepit sex masculos, quorum natu maior fuit Vladimirus Dux Kiouiensis frater germanus Iagellonis: sed alia matre natus. Ex quo Vladimiro prodiit Alexander quem Rusi Olelko vocant. Hic fundauit ciuitatem Slucensem triurbem ad flumen Slucz ante annos 150. Ex Alexandro Simeon, ex hoc rursus Georgins qui duxit Thecziniam Comitem fœminam lectissimam, ex qua tres suscepit masculos qui nunc versantur in luce hominum: Georgium, Simeonem & Alexandrum iuniorem iuuenes heroicis virtutibus suffultos, de quibus vsurpari potest illud:

Spes altera Romæ. Ducatus hic Slucensis hactenus à Geographis & Chorographis suppressus est, quod ego committere nolui, cùm sit magnitudine sua effatu dignus. Terminatur ab oriente Borysthene à septemtrione flumine Niemen, à meridie Pripecio, ab occasu parte Magni ducatus Litvvaniæ. Vrbes eius sunt Sluck metropolis. Kopil secundogenitorum à Slucko quinque milliaribus distans. Turecz 15. Petricouice 24. Volkukala 4. Mohilovv 50. ab eadem Slucko distat. Alias breuitatis causa omitto.

SPITKOVICE 50. 10. 41. 5. Arx murata. Et est locus nobilis cum aliis rebus tum captiuitate Ducis Henrici Barbati, quem Cōrard⁹ Mazouiorum Princeps ante ducentos annos in ea villa diuinæ rei vacantem cœperat, & in Mazouiam asportauerat. Estque domicilium natale vetustæ gentis Miskouiorum, ex qua multi Senatores præstantissimi, Episcopi, Palatini, Castellani & etiam Campiductores prodierunt. Fulget nunc senectute viridi Petrus Miscouius Antistes Cracouiensis columen familiæ. Fuit ex eadem gente ante decennium Stanislaus Miscoui⁹ de Mirovv Palatinus & Capitaneus Cracouiensis, Margenburgensisque, vir heroicus, mihi perfamiliaris. Dici non potest, quàm egregiæ formæ & proceritatis, & vt ex picturis liquet, Scandembergo ipsi simillimus. Meritò ergo illud ei competit: Gratior est pulchro veniens de corpore virtus.

Soldim	54.	2.	38.	9.
Starigard	54.	10.	37.	13.
SLETINVM	34.	10.	37.	11.
Strzelce	54.	10.	37.	11.
Stepelborg	54.	1.	39.	5.
Sluchovv	54.	5.	41.	3.
Sloniny	54.	5.	41.	3.
Sloniny	54.	2.	49.	7.
Sklovv	54.	4.	55.	7.
Sulevvice	53.	6.	3.	8.
Svviebodzyn	53.	5.	39.	4.

Sueuus flu. Sprea nunc dicitur in Marchia. Alii illud flumen ad Budissinum apud Vindas Saxonicos esse volunt, & rectiùs.

SBASZIN	53.	3.		
STENSZOVV	53.	3.	39.	
Szamotuly	53.	8.	40.	2.
Squidzinia	55.	8.	30.	7.

Solùm hæ duæ appellationes Quidzin & Sqvvidzinum aliquid commune habent, cum cognomine Quadorum.

SIENNO 51. 44. Habet hæc gens peculiare chronicon rerum à suis maiorib. gestarum. Cōpluresq; ex iis prodierunt dignissimi Senatores, Archiepiscopi vtriusq; sedis, Gnesnēsis inquam & Leopoliēnsis, Episcopi Cracouiensis cathedræ, Posnaniensis & Cuiauiensis, viri liberales & largitores in opera pietatis, vt testantur etiam nunc insignia illorum insculpta templis, collegiis, & domui Hierosolymitanæ. Quin & dignitas Cardinalatus eis nouus honos in Polonia attributus fuit, quod antea nemini contigerat. Erant item ex eis multi Palatini, Castellani, legati ad exteras nationes, ad Concilium Basiliense, & ad Imperatorem Turcorum, viri consulares, & quando opus erat, milites strenui. Ideo nunquā à subselliis ordinis Senatorii discessere. Omnium horum nunc memoriam refert Ioannes Sienienius, Castellanus Leopoliensis, Senator regni dignissimus & suæ familiæ hoc tempore maior domo, (permitte me sic loqui.) De cuius meritis erga Rempub. lege in fine epilogum huius libri.

Slupia 51. 7. 44. 7. Domicilium Slupeciorum natale à Sedomiria milliari vno. Domus isthic est lignea admirandæ structuræ, quæ declarat etiam antiqui seculi homines nequaquam ingenio destitutos fuisse.

Slupca 53. 8. 41. 5.
Stobnica 53. 8. 40. 2.
Sobien 49. 45.
Sniena 53. 4. 41. 7.
Srzoda 53. 4. 40. 8. Est & aliud Srzoda vel Srotka in suburbio Posnaniensi vetustum à quo ius Sredense. Vide D. Cromerum.
Sobota 53. 11. 41. 6. Sobotiorum expresse memi nit Ptolomæus eodem ferè loco. Srzoda ergo & Sobota antiquissima sunt oppida.
Sochaczovv 53. 7. 43. 4.
Sremsko 53. 12. 43. 7.
Sbuczin 53. 12. 45. 7.
Sedeszovv 53. 7. 48.
Schoua 52. 12. 39. 4.
Strasborg 52. 8. 39. 4. Germanicè, Brodnica Polonicè.
Strzecze 52. 6. 40. 9.
Sicovv 52. 7. 40. 8.
Siradia 52. 6. 40. 6. ibi facinorosi etiam ex nobilibus in turrim coniiciuntur.

Suleiovv

Suleiovv 52. 1. 44. 11.
Skrzinno 52. 1. 44. 11.
Sądecz 50. 6. 43. Monasterium istic virginum, nobilitatum reginarum Poloniæ viduarum cohabitatione. Huius conditionis & professionis fœminas Assisterias vocant Ecclesiastici.

Sczekarkovv 50. 60. Domicilium Tarlonum qui iam diu ornamento erant aulæ Regię. Cum Theciniis sunt co armes,& quondam etiam gentiles.

Solec 52. 1. 44. 6.
Stezica 52. 6. 44. 11.
Staniovv 50. 7. 47. 11.
Slumniki 51. 1. 42. 12.
Stama
Skarmirz 51. 3. 43. 5.
Slavvkovv 51. 3. 42. 3.
Szidlovv 51. 6. 43. 11. Colonia veterum Sidoniorum. Vide ab initio diuisionem veteris Poloniæ.
Strzelcze 51. 7. 40.
Skala 51. 1. 42. 6. Skala locus inclaruit bello Mazouiorum Ducum.
Stir flu. 51. 1. 42. 6. Stirii populi vltra Viennam vnà cum aliis Slauinis inde progressi esse creduntur. Creditum est antiquis flumen Stir à Tyra scaturiginem suam trahere, quod expressè pictum extat in tabula Grodecii. Sed errorem hunc detexerunt lustratores Regii. Deriuant enim Stir ex montibus ad Olesko, vnde & Bug & alia complura flumina. Quia tamen ab illa regione decurrit qua Tyra prætermeat, rectè Stir, id est à Tyra demanans, litera s addita, nuncupatur. Ad hoc flu. sita sunt oppida: Czartorisko, Manaster, Peremil, Beresteczko, Strzemil.
Sytomirz 51. 11. 50. 9.
Skala alia 50. 3. 48. 7. ad Zbrocz flu.

Sbarasz 50. 6. 48. 7. Colonia ducum Sbarasiorum. Floret nunc ex ea gente Palatinus Trocensis.

Sienica 51. 9. 46. 9. vbi & pagus Boncza. Etenim pro signo militari hæc gens gerit monocerota, quod Boncza vocatur more patrio. Floruit ex ea gente nostro æuo Nicolaus Sienicius vir consularis & eloquens, deque Repub. Polona optimè meritus, constantia admirabili. Cõmemorantur nunc frequenter eius consilia & orationes habitę ad Regem & Senatum.
Szatanovv ferè in via qua itur Kamenecia ex Tarnopole. Septem

milliaribus inter vtranque vrbem sita.

SIENIAVA 50. 12. 40. 9. Clarissima colonia Sieniauiorum sedes suas hîc habet. Cuius iuuentus veluti murus obiecta contra Tartarorum irruptiones semper sese opponebat. Floruerunt nunc duo Palatini Russiæ ex ea gente, Pater & filius successiuè.

Sczmielovv 51. 5. 46. 2.

Sczebrzeszin 51. 9. 46. 9. Iurisdictionis Regiæ fuit quondam, sed in donatiuum cessit Demetrio de Goray.

Stepan 50. 6. 50. 9.

Sokal 51. 3. 41. 8. à quodam Duce Sokal fundata & denominata.

Strumien 50. 9. 41. 8. riuum significat, eò quòd Istula paulò vltra hoc oppidũ oriẽs mediocri alueo istac pererrat.

Sola flu. 50. 8. 42. 9.

Skauina flu. 50. 8. 42. 9. Est & oppidum Skauina ibid.

Szorstin 50. 2. 43. 3.

Sluzovv 53. 42.

Smigrod 50. 5. 48. 8. Stadniciorum clarissima colonia & locus natalis, vide Srzeniaua.

Sedziszovv 50. 7. 44. 8.

Strzyzovv 50. 7. 44. 8.

Sloczovv 50. 4. 47. 8. Amplissima hæreditas, ad Olesko quondam pertinebat.

Samaide 51. 12. 44. 4.

Scandia, descriptionem eius vide ab initio.

Savvran flu. 50. 4. 51. 12.

Svvinigrod flu. 50. 4. 55. 6. Sedes olim Ducum Russ.

Sniatyn 40. 49. Vltima præfectura in ipso aditu Valachiæ.

Seret flu. 40. 49.

Seret 49. 50. ciuitas.

Seret flu. Aliud Seret Podolicum, ad quod est Zalosce, Czernicchovv & Hnieziola. Flumini iungitur infra Trebovvla.

Sarnie pole 50. 52. sunt campi: Vloczysko vocant.

SZLAK Sunt itinera vsitata Scytharum, quibus infestare solent terras Russiæ fertilissimas & etiam Podoliam. Et numerantur tres præcipui: vnus Kuczmienski, alter Czarny szlak, tertius Valachicus, quos non piget hîc describere. Et certè si quid laude dignum præstitit Magnificus vir Ioannes Sienienius in hac lustratione, istud sanè quòd hęc itinera accuratè descripsit & depinxit numero mil-

mero milliariorum adiecto, non modò vtile,sed etiam valdè pium op⁹ perfecit.Nam si Imperator Antonius Pius Pii nomen meruit, quòd libellum confecit quendam in quo vias descripsit quæ ducunt Roma ad nationes barbaricas, vt captiui Romanorum illo æuo scirent & nosse posſent qua redeundum sit in patriam,si fortè contingeret eis ex manibus hostium sese euoluere:certè non minus encomium meritus est noster Ioannes Sienienius,quòd hosce szlak dictos in iis tabellis expresſit. Audimus enim de multis captiuis qui apud Scythas aut Turcas detinebantur, quòd cum posſent se interdum ex catenis ipsorum euoluere,tamen ob solā ignorantiam itinerum reditus in patriam, maluerunt duriorem mortem seruitutem perferre,quàm profugientes ex ergastulis eorum in solitudinibus oberrare,aut à feris deuorari. Porrò ex istis descriptionibus lustratorum, quilibet potest sibi notitiam comparare illorum itinerum, vt si fortè domino Deo permittente quidpiam tale ei contingat,scire posſit quo est egressus loco,& quem portum tenere debeat,compendium quærendo suorum malorum.

Kucz mieński szlák.

Primò Leopoli ad Száravvka nota sunt itinera. Ex Szaravvka 20. milliaria ad vadum fluminis Kuczmien, à quo etiam hic szlak denominatur. A Kuczmien ad Kodima fluminis vadum 10. milliaria, à Kodima ad Savvran 4. milliaria. A Savvran ad Czapczaki 10. milliaria. Inde verò Oczakouium 8. sunt Rusſica multò maiora quàm Polonica. Ideo vni gradui decem milliaria forsan respondebunt. Polonica verò 15. Ista via est compendiosior omnium.

Czarny szlák.

Leopoli Sokalum 12. milliaria, Sokalo Luskum ad Stir 12. milliaria,Lusko ad flumen Horin 11. milliaria,ab Horin ad vadum Slucz per Zaszlavv & Polonne 10. A Polonne 40. Kiouiam. Eritque à sinistra oppidum Cudniovv, à Kiovv Kanioum 16. milliaria. A Kaniovv Czerkasium 15. A Czerkasy ad Porohy 12. milliaria. A Porohy Tomakovvka 11. Inde Torhouistiam 6. Hîc iam Scythæ nauigiis dilabi solent per sinum Borysthenis vsque Oczakouium vel quò lubet.

Szlak Walachicum.

Per Buczac, Skala, Zynkovv, & summitates fluminum Vszyca, Dzvvan, Ruszaua,inde per Valachiam,aut per campestria littoris Tyræ:milliaria in tabula adscribentur.

De custode

De custode transituum, seu ßlák.

Hisce transitibus vnus speculator vir nobilis expertæ virtutis pręficitur, qui vocatur custos trium szlák seu viarum tritarum. Hic per se & per homines industrios & vitæ suæ minimè prodigos vario ingenio nauiter motus, & machinationes hostium inuestigat, & vbi resciuerit de hoste, præsidibus arcium & duci belli campestris renunciat, qui dato signo, recollectis copiis confestim occurrit eosque adoritur. Atque ita Podolii noctes ac dies bello continuo vitam totam transigunt. O viros omni genere premiorum dignos.

Sina voda 49. 10. 54. 5. Est restagnatio quædam maris ad ostia Borysthenis. Hac Scythæ nauigiis subuehere se solent, & tandem in nigra sylua latitare, donec omnes conueniant. Inde à nigra sylua dicitur Czarny szlak. Mare illud est tranquillum & ab iniuriis procellarum tutum, ita vt etiam in eo folia nimpheæ sicuti fit in aliis lacubus paruis excrescant, & supernatent aquæ: Et differt Sina voda à mari mortuo, in quo sal veluti glacies tenuis supra aquam innatat, & est admodum subtile. Hoc situm est ad Prekop, vbi illa fossa à mari cernitur ad mare.

Sylua nigra 49. 12. 54. 1.

Stare Siolo 50. 12. 42. ad Gologury.

Stripa flu. 50. 1. 48. 5. Tyram versus tendit non procul à Podhaice.

Sotharab flu. 52. 54. ad quod Sytomyrz in Borysthenem illabitur.

Smotricz flu. 50. 49. ad hoc est Grodek, Kamenec & arx deserta Smatricz.

Szaravvka 49. 8. 50. 8. in summitate fluminis Vszica. Domicilium fuit Bernhardi Pretuic bellatoris illius clarissimi qui filium reliquit dotibus animi eximiis ornatum.

Stolpien 50. 8. 47. 6.

Strzemyl 50. 8. 48. 6. Lasczonum qui dicuntur Strzemielecki. Inclaruit iam diu rebus bellicis dominus loci illius Stanislaus Lasc.

Sczurouice 50. 47. 7.

Sluck flu. 52. 50. oritur non procul à Czarny ostrovv, Zborna Mogila versus.

Sula flu. 49. 55. è regione Chorcyca insulæ, in quod columnas iniecisse dicitur Rex Chobry, non procul à cataractis, sed Zula à Cromero vocatur.

Somar flu. 49. 1. 54. 10. Paulò inferius quàm Sula. Vide

la. Vide infra in Topographia oſtiorum Boryſthenis.

T

TORVNIA 54. 1. 42 8. Vrbs celebris in ipſo aditu Pruſsiæ. Situs Gedani & Tiblingæ Toruniæq; triquetram figuram efficit, ſed Torunia ſalubritate aëris & decore, primo intuitu duas illas ſuperare videtur. Vnde in prouerbium abiit apud Polonos maiores: Rubes vt Torunia. De eius origine vide hiſtoriam noſtram.

Tang flu.	56.	9.	45.	6.
Tapia	55.	7.	44.	8.
Ticzinum	54.	1.	42.	8.
Tur flu.	53.	8.	53.	3. inſigniter piſcoſum.

Tuſtan 46. 49. Oppidum in ipſo limite Poloniæ & Hungariæ. Propterea Tuſtan ſignificanter, id eſt, hîc ſiſte gradum appellatur. Exemplo noto à columnis & gadib. freti Herculei. Vnde ſymbolum affigitur: NON PLVS VLTRA.

Tyſzovvce 51. 1. 46. 10.

Tanevv flu. 51. 5. 43. 3. cum Tanai flumine nomen commune habet.

Tvvardoſzin 50. 1. 41. 12.

Tur ſtagnum 51. 42. nobile, vbi Przypiecz flumen ſcaturit, ad pagum HOLOVVNO. Ibidem Turia flu. vbi RATNO.

Tiſmienica flu. 48. 6. 52. ad Torhouiſtiam in Boryſthenem ſeſe infundens.

Torhouiſtia 48. 6. 52. ſignificat noſtra lingua nundinationes, eò quòd ibi negociatorum emporium nobile admodum fuit, dum ſtarent res Ruſſorum & Græcorum. Eſt & in Valachia aliud Torhouiſtia.

Tarnauatka flu. 49. 52.

Tiſmien flumen 48. 6. 52. aliud quàm Tiſmienica, nam hoc ad Boryſthenem ad Torhouiſtiam, illud ad Axiacum vel Hypanim.

TECZIN 5. 50. 12. 42. 12. Domicilium natale Illuſtrium Comitum à Theczinum. Produxit hæc dom⁹ viros excelſo & regio animo præditos. Proinde hoc peculiare habet, quod à ducentis annis nunquam à ſubſelliis Senatoriis receſsit, ſed aut Palatinorum, aut Caſtellanorum munere fungitur. Ludouici Regis temporibus Topororum trecenta vexilla in quadam bellica expeditione cenſa fuiſſe dicuntur. Signum gentis eſt bipennis quod veteri & recepta conſuetudine STARZA ideo vocatur,

quod antiquiſsimum ſit ſignum. Nam quidam eius originem ad tempora Boleſlai Kriuouſty referunt, quidam ad Miecislaum vſq;, qui primus Chriſto nomen dedit,quidam autem aborigenem ipſorum vnum ex duodecim illis Palatinis primis fuiſſe tradunt. Au tores habeo.

Trebovvla	49.	12.	48.	7.	
Tehinia	49.	6.	51.	6.	Arx ad Bialogrodum, quam hoc anno Kozaki Niſouii acerrimè oppugnarunt.
Tubarcza	48.	6.	52.		
Troki	55.	7.	40.		Sedes iſtic fuit Lithvvaniæ Ducum, ante conditam Vilnam.

TARNOVV 50. 6. 44. 11. Domicilium natale Illuſtrium Comitũ à Tarnovv. Multa autem memorabilia temporib. Iagellonis & Vladiſlai tertii geſſerunt ataui Tarnouiorum. At Ioannes à Tarnovv noſtra memoria ſuæ famæ ſplendore prædeceſſorum ſuorum lucem ſuperaſſe videtur. Hunc hominem Sigiſmundus Rex tanti fecit vt poſt illam memorabilem victoriam de Valacho partam ad Obertinum,binorum groſſorum in iugera cõtributionem publicã ei decreuerit, qui honos antea nemini quod ſciam habitus fuit. Antiquitate quidem totum genus humanum adæquatum ſibi eſt.Sed ſi tempus illud reſpicias quando quis è tenebris emerſit heroicis factis, Tarnouii Teciniis hac in parte pares habenrur. Attamen Thecinii hoc nomine aliquid ſibi deberi volunt, quod veluti aborigenes ex ſtirpe Polonorum prodierint. Tarnouii autem aliunde huc appulerint. Hanc differentiam quidam ſtatuunt. Non ignoro tamen Staniſlaum Orichouium, cui in hoc multa debentur, voluiſſe probatum facere,Leliuam ſignum Tarnouiorum hîc quoque in Polonia, & ex Polonis originem ſuam traxiſſe.

Tomakovvka 49. 54. Inſula eſt in Boryſthene, inter Teſmien flumen & Feſsinum, quod ex Nigra ſylua demanat, vbi Niſouii Kozaki tanquam in arce fortiſsima habitant confidenter. Etymon Thomakovvka à Thomos videtur eſſe nacta. Nam Thomitanis forſan,vbi Ouidius exulabat,obnoxia fuit.

Trhobies flu. ibidem è regione Cerkaſy eſt ſita.

Thlumacz	49.		49.		
Tarnopole	50.		48.		
Tohoro flu.	52.		54.		ad quod Sytomirz, Cudniovv.
Turobin	51.	5.	44.	6.	

V

VILNA 55. 9. 49. 6. Vrbs inſignis & ampla, Litvvaniæ metropolis, à Gedimino duce fundata anno domini 1321. ad confluentem fluminum pulcherrimorum Vigiliæ & Vilnæ, muro verò cincta ab Alexandro Poloniæ Rege 1505. Hæc nobis & Vngaris Boëmiſque magnam ſeriem Regum edidit. Vbi nunc eſt Vilna, Igliones populi à Ptolomæo collocantur, qui ab Ouidio Gelones picti vocantur, eò quòd variegata & polimita veſte libenter vtebatur ea gens, ſicuti nunc ſeptemtrionaliores populi Moſchi morem veterem retinent. Summæ nunc autoritatis eſt apud Vilnenſes Euſtachius Volouicz, non modò hoc nomine quòd ſit eorum Caſtellanus & Cancellarius, ſed quod eum propter eximias virtutes & opinionem ſummæ prudentiæ inſtar patris patriæ amãt & colunt. Non vidit ille Germaniam nec vnquam aſpexit Italiam Galliamue, ſed tamen & Germani & Itali, & qui modò veniunt in aulam Regiam, habent in eo quod mirentur & ſuſpiciant.

Euſtatius Volouicz Caſtellanus Vilnenſis.

Varmia	55.	5.	42.	11.	Vide Bransberg.
Venedie	55.	5.	42.	11.	
Vilka	53.	6.	47.	6.	
Valrcz	54.	5.	39.	10.	
Vſcie	54.		40.		
Viecborg	54.	2.	41.	3.	
Vandeburg	54.	4.	46.		
Vaſoſche	54.	9.	46.	2.	
Volkomiria	54.	2.	46.	11.	
Baſiliski	54.	8.	39.	11.	
Vilgia flu.	51.		50.		ad Oſtrog decurrit.
Vlanovv	51.	8.	51.	8.	Scytharum municipium

quod Sieniauii fundarunt ad obſequia ſua. Nam eis commilitant vbi datur ſignum.

VISTVLA flu. quod & Iſtula, Viſtillus, Vandalus à veteribus vocatur. Flumen eſt valdè amœnum, & multos populos iam ad hos, iam ad illos veluti eleemoſynaria materfamilias conſultò diuertens ditat ſua opportunitate. Hæc mediam Sarmatiam peragrando lambit, & oritur ex montibus Sarmaticis vltrà oppidum Skoczovv & Bielsko gradu 50. minuto tertio, 45. 9. & tandem ſeptemtrionem tendit, arcus figuram efficiens. Antequam autem mari mergitur, capit in ſe quinquaginta flumina iuſtæ magnitudinis, quorum bona pars eſt nauigabilis, ex quib. duo nobiliora infra Varſzauiam ſeſe ei aſſociant: Narua inquam & Bug. Et cum in-

ſimul veluti peregrinatura ad ſinum maris Baltici iter arripiunt, rurſus aliquot ante Gedanum milliaribus, non ſecus ac ſi lis quædam inter ea coorta eſſet, inuicem à ſeſe dirimũtur. Nam vnum illorum Elblingam, veluti inuento proprio meatu, quod ante deſeruerat, aliud medium petit. Viſtula verò ipſa artificioſè deducta ſuo alueo, quem noſtri Lenivvka vocant Gedanenſium vrbis muros alluens, in mare ſeſe è conuersò demiſſo murmure exonerat. Hinc fabula nata eſt de diſsidio trium Nympharum, quæ cùm initio concorditer itineri ſeſe commiſiſſent, tandem ad Gneuum oppidum ira exitiali inter eas coorta (nam & Gneuum iram ſignificat patria lingua) amicitiam ſoluunt, & alienatæ à ſe diuerſum diuerſæ petunt.

VARSAVIA 53. 8. 44. 4. ſedes olim & colonia Auarinorum populorum creditur fuiſſe, quod & loci vicinitas, & ſonus cognominis indicat. Pons per Iſtulæ vaſtitatem ab Augusto Rege, ante decennium præadmirando genere ſtructuræ fabrefactus, vrbis admirationem auget. Conſilium & inſtitutum ædificandæ tantæ machinæ ex hoc epigrammate æri inciſo, & frontiſpicio portæ affixo facilè patet.

Inſcriptio pontis Warſauienſis.

Ne pontem ſublicium
Superbo ſumptu, atque arte admirabili
A Sigiſmundo Auguſto, Rege inchoatum
Et à ſe poſt eius mortem
Conſimili opere perfectum,
Repens vicina ſuburbanorum
Malè cautorum tector flamma
Nec opinate merè corriperet
Correptumque in fauillam redigeret:
ANNA Iagellonia Poloniæ Regina
Magnorum Regum: coniunx, ſoror, filia,
Hoc lateriti propugnaculi ſepimento tutiſs:
A fundamentis excitato
Muniendum curauit.
Anno Chriſti Dei noſtri MDXXCII.

WRATISLAVIA 53. 5. 39. 6. vrbs præclara ſocia & ſoror Cracouiæ ob continuas negociationes, & quod colonia Polonorum fuit olim.

Vierus	52.	4.	40.	12.
Vielun	52.	2.	40.	

POLO. LITHVA. RVS. PRVS.

Vnieiovv 52. 12. 40. 8.
Viazd 52. 9. 44. 4.
Volborz 52. 8. 42. 8.
Varka 52. 9 44. 4. vbi ſitum eſt oppidum Varka Ptolomæus Burios populos ponit. Et certè vox etiam ipſa declarat Burios & Varenſes, B in V vſitato more verſo, non multum à ſe diſtare. Varka igitur inter antiquiſsima municipia Poloniæ collocanda, ſicuti & Sroda & Sobota.

Vrzedovv 51. 5. 45. 5.
Viſloka flu. 51. 1. 44. 2.
Viſlok oppi. 50. 5. 44. 5.
Viar flu. 51. 4. 45. 7. cum Viſlok confluit ad Lancud.
Viſnia 50. 3. 64. 2. vbi comitia fiunt Ruſsicæ nobilitatis.
Vag flu. 49. 9. 42. 2.
Vldoue iezioro 51. 6. 50. 6. Ruſsii Ouidii lacum hũc fuiſſe dum exularet, aſſeuerant. Eſt quidem nominum non parua affinitas. At certum eſt Ouidium in vrbe Thomitana ad oſtia Danubii exulaſſe: niſi fortè reditus annui iſtius lacus à Romanis in ſolatium exilii ei attributi erant. Nam ſal Scythicum ex aqua illius lacus conficitur. Vide lib. 3. Annalium noſtrorum.

Vilhora 51. 6. 50. 6.
Viſniouiec 51. 10. 46. 6. in arduo monte. Et eſt colonia nataleque ſolum Ducum Viſnieueciorum quorum fama & decus bellicarum virtutum impleuit Europam, ita vt vbiuis etiam in pagis agreſtes cantilenis eos celebrent. Locus ibi monſtratur pugnæ cum Tartaris & victoriæ Polonorum.

Vhrovvsko 51. 9. 47. 5. Reius in ſuo libello huius gentis ſtirpem à Ducibus priſcis Ruſsis deriuat. Quæ ſententia comprobari poteſt priuilegiis Vrgonis aborigenis ipſorum qui fundauit Wladicatum Chelmenſem & pleraque alia.

Vinnica 51. 1. 51. 11. præfectura in aditu Scythiæ.

VISNIC 50. 43. Floruit hæc domus ſupra modum, regnante Sigiſmundo primo ſacratæ memoriæ Rege, poſtea mortuo Ioanne Kmita labaſcere cœpit, ſed ſpes eſt iterum priſtino nitori reſtituendam egregii & loco excelſo nati iuuenis I. N. Barzii nepotis Theciniorum ex ſorore, qui nunc eſt dominus arcis illius.

VCHANIE 51. 46. Domicilium ſpectatæ nobilitatis. Ex hac gente noſtra ætas habuit duos Senatores præſtantiſsimos: Arnolphum Vchanium Palatinum Mazouiæ, & Iacobum V

chanium Archiepiſcopum Gneſnenſem regniq; primatem, virum expediti ingenii acerrimumq; prærogatiuarum eccleſiaſticarum defenſorem.

Vyſokie 51. 5. 44. 6. Petri Caſſouii ſenis amœno ingenio præditi oppidum. Hic eſt nunc Iudex terræ Lublinenſis.

X

Xiąſz 51. 5. 44. 4. Kriuouſtii Regis temporib. fuit iſtic Ducum ſedes, quod & nomen oppidi Xiąſz indicat. Nam lingua noſtra patria Xiąze Ducem vocamus. Hic captiuum illum Ducem Halicienſem in Poloniam deportauerat. Vnde tragœdia magna ſecuta fuit bellorum.

Z

ZAMOSTIA 51. 6. 46. 7. Domicilium vetuſtæ gentis Szariorum, qui nunc Zamoſcii dicuntur. Arx fuit vetus in firmiſsimo loco, & refugium ab incurſionibus Tartarorum, patris Caſtellani & auorum memoria. Nunc demum à fundamento muris eductis, propugnaculis inſtitutis, oppidoque nouo adiecto non minus ad elegantiam quàm ad ſuſtinendos quoſuis hoſtes ab integro excitata, opera & ſumptibus Illuſtris & Magnifici domini Ioannis de Zamoſcie. De hac re luculentius teſtatur inſcriptio tabulæ marmoris nigri, frontiſpicio ædificii ibidem affixa, quam ego deſcribendam curaui.

IOANNES DE ZAMOSCIE REGNI POLONIÆ CANCELLArius, exercituumque Dux ſupremus, & Cracouienſis, Mariemburgenſis, Belzenſis, Cniſsinenſis, Mediricenſis, Creſouienſisque Præfectus. Dum bello Sereniſsimi STEPHANI Regis cum Ioanne Magno Duce Moſchorum, pro debita in patriam pietate, nec ſumptibus, nec laboribus, nec vitæ parcit, innati quoque erga patrios lares amoris, hoc monumentum excitari curauit.

ZDROIOVV 50. 6. 45. Thomæ de Zdroihovv Capitanei Premiſlienſis maiorum domicilium natale, qui omnibus bellis Stephani Regis non modò interfuit, ſed etiam magna ex parte præfuit, & Oratorem egit ad Chriſtianiſsimum Regem Galliarum, & ad potentiſsimum Imperatorem Turcorum.

Zaleſie	50.	4.	44.	4.
Zaſlavv	51.	3.	49.	9.
Zukovv	49.	2.	48.	1.

Zelechovv

Zelechovv	55.		45.	5. Locus natalis ſpectatæ ſtirpis Ciolkonum.
Zarnovv	51.	4.	42.	7.
Zinkovv	50.		50.	Arx in Podolia ſed neglecta.

ZBOROVV 51. 4. 44. 4. Zborovv arx murata elegans, eſtque domicilium natale Magnificorum dominorum de Zborovv. Produxit hæc domus Senatores magni nominis noſtra ętate. Martinum Zborouium Caſtellanum Cracouienſem animi & corporis celſitudine virum conſpicuum. Petrum Zborouium filium eius Palatinum Cracouieſem & Capitaneum, Ioannem Zborouium Caſtellanum Gneſnenſem, qui Præfectus ſummus copiarum fuit in pugna Derſauienſi, Andream Marſalcum curiæ. In ſumma quotquot noui, & quotquot ex ſororibus eorum prognati ſunt, omnes ad magnas res gerendas nati eſſe videntur ſi bellum moueretur, & claſsicum caneretur contra Chriſtiani nominis hoſtem.

Zolkievv 51. 5. 44. 6. Locus natalis ampliſsimæ ſtirpis Zolkieuiorum, quorum virtus bellica enituit in bellis Prutenicis, & antea Tartaricis, Moſchouiticis. Horum nunc columen Staniſlaus Zolkieuius Palatinus Belzenſis eodem æuo fuit.

Zydaczovv	43.	47.		
Zary	50.	10.	41.	7.
Zator	50.	10.	40.	5.
Zabno	50.	12.	43.	10. oppidum.
Zohad	49.	7.	44.	2.
Zula flu.	50.	6.	50.	6. non Sula ad orientalem ripam

Boryſthenis, ad cuius oſtia in confluentem Rex Boleſlaus Chobri columnas ferreas pro gadibus finium Sarmaticorum poſt continuas victorias victor iniecit: ego quoque hîc deſcriptionis huius finem facio.

SITVS ET AMBITVS LIVONIÆ PROVINCIARVMQVE AD FLVMEN DVNAM SITARVM,

à tyrannide, et metu tyrannidis Moschi liberatarum, Stephani Regis Poloniæ virtute, felicitate et perseuerantia, exercitusque eius.

Iuxta itinerarium exercitus Polonici redeuntis ex Moschouia.

A

Latitndo gradus minuta. *Longitudo gradus minuta.*

Amoza flu. 59. 9. 54. 6. à Derpt ex lacu virtsz oritur & defertur ad Lacum Peibus, qui Plescouiam alluit.
Adscl 59. 6. 58. 12.
Altenturm 69. 8. 50. 6.
Adoba 60. 10. 52. 10.
Aiz 61. 4. 51. 6. ad flumen Ambda.
Ambot 61. 45. Portus Findlandiæ. Ibidem & Amboten, ab eo loco non procul traiectum in Svvetiam cuius maris est 81. milliarium distantia.
Ascherat 57. 3. 49. 5.
Adensko lacus 62. 56. Septemtrionalis admodum, vnde Nothburg vicina ei.
Arensborg 60. 43. in insula Osilia.
Aries 58. 11. 49. 2.
Agatyrsi hos populos, veteres prædiuites & beatos hoc potissimum nomine censebant, quòd solis inter mortales, diuitiis vti absque inuidia & æmulatione aliorum datum sit. Hos eo ferè loco statuebant vbi est Kokienhaus & oppidum Tyrsen, quod appellationem priscam adhuc videtur retinere. Sed & Kokienhaus audio locupletem esse præfecturam.

Ambde 61. 51. Obseruabis quòd Germani Lubecenses occupata Liuonia, nomina locis indiderunt petita á regione vicina. Lubecensibus notum est nomen Ambde non procul Lubeco.


B

Berholm 61. 5. 51. 5. Arx in Haria quam rex Suecorum intercepit, non procul à Reuel.

COROLARIVM

SITVS ET AMBTTVS LIVONIÆ AC PROVICIAE AD ELVMPH DVHAM SITAE A TIRANNIDE MOSCHI ET METV TIRANNIDIS LIBTRATAE

eduratione & personerana



Bialy kamien 60. 8. 49. 10. Germani Vitenſtein vocant.
Berle 58. 3. 49. 10. ad ſcaturiginem fluminis Treidera.
Berle 59. 6. 48. 10. ad Sedvve profluētem.
Berſon 57. 7. 49. 12. non ꝓcul à lacu Ludan.
Bavvsko 56. 6. 47. 6. in ſũmitate flu. Duldera
Blokaus 57. 12. 47. 5. Blokaus propugnaculum ad Rigam nouiter excitatum, nam Dinamont ab altera eſt parte, remotius quàm vt nauium curſum eiaculatione aſſequi poſsit.
Berſari in Curlandia.

C

Curlandia 56. 46. Nobiliſsima prouincia & noſtra ætate magis dilatata finibus extentis, & in formam prouinciæ à Regibus noſtris redacta. Habet mare proprium, quod Curlandicum dicitur, habet & inſulam & portum qui Curisferunk vocatur. Præerat huic Ducatui Auguſti regis temporib. Gottardus Kiethler, cuius opera in bellis Liuonicis vtebatur. Commendatur à Polonis à fidelitate, & quòd in ea expeditione erga eos officioſus fuit. Huius filius etiam captiuitatem pertulit dum Pieczary animoſius cum noſtris oppugnat & pro honore Regis ſtrenuè dimicat. Terminatur autem Curlandia à meridie Samogitia, à ſeptemtrione mari Liuonico, ſed ſi addas Semigalliam, quia vtrunque poſsidet, tum flumine Duna, à Bavvsko ad Memel ducta linea.
Coralia 62. 51. Prouincia quædam diues admodum. Et ſignificat lingua Moſchica regiam terram. Nam Korol illi regem vocant. Eam enim ſibi Rex Sueciæ vendicat.
Cremon 59. 5. 48. 3.
Caſterhelm 61. 46. ibi eſt traiectum in Suetiam ex Finlandia: cuius diſtantia eſt 81. milliarium.

D

Duna flumen 57. 55. noſtri vocant Dzvvinam, veteres Rubonem appellarunt. Præterlabitur Vitepsko, Polocko. Recentiores ſcribunt eum oriri ex Seueria prouincia Moſchorum, ferè ex iiſdem paludibus ex quibus aſſurgit Boryſthenes, gradu 56. 57.
Duneburg 57. 4. 51. 11. ad Dunam flumen Curlandiam verſus.
Dunamund 58. 48. 2. Arx in oſtiis fluminis Dunæ in ripa ſeptemtrionali Oſsiliam verſus, à Riga duob. milliaribus,

propugnaculum fortißimum, cui præsidia Polonica imponuntur ob maiorem securitatem negociatorum & ipsius vrbis Rigensis. Lithvvani Diament vocant.

Derbt 59. 7. 49. 10. Torpatum latinè vocamus. Episcopatus fuit amplißimus. Memini & ipse in Concilio Tridentino postremo adfuisse Episcopum Torpatoratensem. Capta hæc fuit vrbs à Moscho 1558. sed à nostris 1582. de manu hostium meliore successu vindicata quàm si illa vice, ante viginti annos post expeditionem Posuolensem, à Cruciferis in manus nostrorum deuenisset. Nunc enim Imperium iure conqueri non potest, fines eorum esse attrectatos, cum ex faucibus ipsis hostium bolus hic ereptus sit.

Drissa, Druia, 57. 8. 52. 2. Errauit toto cœlo author tabulæ in qua depicta est Polonia. Nam situs fluminis Dunæ, istarumque duarum munitionum pugnat cum vera supputatione milliarium & experientia ipsa. Quare error hic corrigendus est eo modo vt iam vides.

Duldera flu. 57. 47. in meditullio ipsius Curlandiæ, supra quod Mittovv vrbs primaria Ducis.

Durben 57. 45.

Doblin 57. 3. 46.

Dageden 60. 7. 46. infra Hasрaliam insula socia Ossiliæ.

Dan 60. 7. 46. inter Osiliam & Liuoniam parua insula.

E

Estlandia 59. 49. Est prouincia in Liuonia quæ inter sex alias numeratur. In hac Torpatum est situm.

F

Felin 60. 1. 48. 11. Germanicè per W scribitur Welin. Arx est in Estlandia benè munita in qua Wilelmus Furstembergius à suis militibus Moscho fraude proditus fuit, & in Moschouiam auectus. Vbi etiam in vinculis exspirauit.

Falkenhaus 59. 11. 56. 5.

Fegfeur 60. 11. 49. 6.

Fenenburg 57. 6. 43. 6.

Fines Samogitiæ, vide Samogitia.

Fines Curlandiæ, vide Curlandia.

Fines Liuoniæ Polonicæ & Suedorum ditionis est ferè paralelus sexagesimus,

ſexageſimus & occupant ferè totum Venedicum ſinum ab vtraq; ripa.

G

Gotlandia 60. 45. Molotius Geographus Venetorum exponit eſſe dictam non à Gotthis, ſed ex Germanico, quaſi dicas optima terra.
Grobin 56. 9. 46.
Gotlingen 57. 4. 45. 7. ditionis Curlandicæ ſicuti & Grobin.
Geruelandia regio hæc mari adiacet, ſeptem milliaribus in latum & longum.

H

Haſpalia 61. 47. 7. ſedes fuit Epiſcopi Hapſalenſis. Inter hos motus Magnus frater Regis Daniæ eam ſibi vſurpauerat titulo Epiſcopat⁹ ſicuti & inſulam Oſiliæ.Sed qui inſulis illis duabus dominatur,poteſt in arctum adducere omnes Liuoniȩ portus. Ferunt autem Danos libenter inſidiari talibus locis,ex quib. propter anguſtos tranſitus,nauigantibus nocere poſsint.Qua etiam ratione ſibi plurimum placent, quòd veluti ianitores portuum eſſe volũt.Ferunt autem iam hoc anno illas duas inſulas in poteſtatem noſtrorum deueniſſe.
Haria prouincia vna ex ſex ducatibus Liuoniæ.In ea ſita eſt Reuelia,Badis,Feguerg.
Hochroſen 59. 3. 49. 1.
Helmet 56. 6. 45. 4.
Herſchenfort in Finlandia ex oppoſito arcis Kolek.
Hochland 61. 53. inſula è regione Naruæ in Venedico ſinu.
Haſſenpot 57. 45. in Curlandia.

I

Iuanovv horod 61. 10. 53. 6. Arx munitiſsima ex lapide ſecto excitata,& à nomine ipſius ducis Moſchorum nuncupata,æmula Naruæ.Eſt enim ei oppoſita ne qualibet occaſione arrepta rebellare queat. Etenim eſt moris Monarchis,aliquas munitiones talibus vrbib. ob certos reſpectus adiicere, nimirum vt ingredientes & egredientes vrbe ſemper habeant quod vereantur. Eodem cõſilio Moſchus Narua potitus hanc arcem erexerat.
Iamna 61. 7. 54. 9. Arx munitiſsima ad flumen Ploſſa aut Iuga,ſeptemtrionalior inter omnes Liuoniæ arces. Diſtat ab Iuanovv horod 12.milliaribus.Ab hac rurſus Polna flumen

26. milliaribus extenditur, ad cuius ripam arx Oreſſek ſita eſt, diſlimitatque Suetiam à Moſchouia. Nos hîc ex altera pagina picturæ conſignauimus.

Iuga flu. 61. 54. à Nouogrodia tendit etiam Naruam verſus, & auget Naruenſium diuitias.

Iurgenburg 58. 8. 48. 12.

K

Kokenhaus 57. 4. 49. 6. Vide ſupra Agatyrſi.

Kriſsborg 57. 4. 50. 5.

Karkus 59. 9. 48. 3.

Kies 60. 48. Arx ad quam memorabili clade profligati ſunt Moſchi, duce exercitus N. Sapieia Lithvvano, non procul à Parnaua in Eſtlandia. Alii Kies dicunt vocari Wendin. Huius Sapiæ frater Procancellarius eſt magni Ducatus. Vir ſupra ætatem, prudentia & eloquentia admirandus.

Sapia dux belli.

Sapia procancelarius.

Koralia vide Coralia per C.

Kolek 61. 8. 50. 9. Arx

Kirchholm 57. 8. 48. 6.

Klein Rop 59. 8. 48. 3.

Keremp 59. 6. 50. 10.

Kraſnygrodek 59. 7. 52. 11.

Kavvelicht 59. 10. 49. 7. ſignificat eme candelam. Et reuera candelis ibi opus eſt. Ibi enim dies iam hyeme noćteſcunt & noctes æſtate dieſcunt, propter vicinitatem Arctici poli.

Konckul 59. 7. 49. 4.

Koporeia 61. 12. 55. 12.

L

Leuard 57. 4. 48. 5. Arx ad flumen Dunam octo milliaribus à Riga.

Laiflandia 57. 47. Liuoniæ veteris quinque erant præcipui Ducatus: Eſtlandia, Curlandia cum Semigallia, Virlandia vbi eſt Narua, Haria, & Laiflandia vbi eſt Riga. Iſtæ nunc finito bello, anno ſuperiore, in tres Palatinatus veluti tetrarchias à Sereniſsimo rege Poloniæ Stephano primo deſcriptæ & in ordinem redactæ ſunt, legeſque eis datæ, locus conuentuum deſignatus vbi ius dicitur, deliberationes expediuntur, exemplo Pruſsiæ.

Lode vel Lede 61. 7. 48. 7. non procul à flumine Leal. Pertinebat ad Abſalenſem Epiſcopatum. Hanc Gottardus Kethler Dux Curlandiæ Suetenſibus eripuerat, ſimulque aliquot grandia tormenta ademerat.

Luki veliki 58. 5. 56. Anno 1581. ſumma contentione & obſtinata militum Polonorum pertinacia expugnata. Magna ibi ſtrages & ſanguinis effuſio facta fuit, quæ nulla ratione vitari potuit, fatis ſic iraſcentibus genti Moſchorum, de qua re vide lib. 8. hiſtoriæ noſtræ.

Louat flu. 58. 56. Præterlabitur Luki & miſcetur lacui Ilmen ad Nouogrodiam.

Luden 57. 7. 50. 2. à ſtagno Luden dictum.

Luden lacus 57. 56.

Lande 57. 3. 49. 8.

Lutzen 57. 8. 51. 12. vbi Marcus Sobieski Signifer aulæ regiæ, miles ſtrenuus, cum ad deditionem Moſchos nomine Regis ſtando in equo ſub mœnibus inuitaret, globo venenato detitus ita enorme vulnus retulit, vt malignum contraxerit Eryſipelata, ſeu ignem ſacrum.

Lancel 59. 4. 47. 11.

Lais 61. 51. 5.

Lode 61. 5. 48.

Liba 56. 45. 3. Libonis Nauarchi Pompei aduentu clara. Ibidem flumen Liba.

M

Mariemburg 58. 10. 51. 11.

Molan 59. 3. 48. 11.

Marienhaus 58. 3. 51. 9.

Mytovv 57. 1. 46. 11. ad flumen Duldera metropolis Curlandiæ.

N

Nouogrod 60. 6. 53. 6. Naugardum Germanis dictum. De ſitu & eleuatione harum regionum malè ſentiunt Coſmographi tam Veneti quàm Margemburgenſes. Nam eam longè ſeptemtrionaliorem faciunt quàm diſtantia locorum & ſupputatio milliarium expoſcit. Inde fit vt & paralellorum & meridionalium circulorum ambitum eis longè diuerſum tribuant. Ego experientiam ſequutus ſum, prout nobis retulerunt milites, qui exanthlatis laboribus militaribus in Moſchouia regiones illas peragrarunt. Habui etiam præ oculis picturam & itinerarium ſupremi ducis copiarum Magnifici domini Ioannis de Zamoſtia quam mihi accomodauerat. Et puto me ad veritatem ipſam propius acceſiſſe. Deſcriptiones Nouogrodiæ omitto, cùm vbique apud autores oc-

currant. Alluit eam ſtagnum nobile Ilmen, quod excipit Louatum flumen. Sic & Iuga flumen.

Nitavv 58. 10. 48. 3. arx in Laiflandia.

Narua 61. 11. 52. 10. Arx & ciuitas nominatiſsima ad flumen Naruam. Et eſt emporium celeberrimum, quo Pleſcouienſes & Nouogrodienſes naues deuehunt mercenarias, & ditant vrbem & ipſi ditantur. Eodem, ex toto Venedico ſinu deuehuntur merces. Hui9 ex aduerſo arx Iuanovv horod, Narua autem per medium interfluit. Eſt illa nauigatio commoda, tamen duob. milliaribus ab vrbe rupes quædam impeditam reddunt nauigationem. Reſpicit Narua ferè ex aduerſo Findlandiæ vrbem Wibur. Debuitque portus hic Naruenſis confecto bello Moſchouitico cedere in brabium Regi Poloniæ. Sed rex Suecorum nolens ſibi deeſſe, anteuertit. Obiiciebant noſtri id commiſſum eſſe cōtra æquitatem & contra pacta conuenta, vrgebantque exemplum venatorum, apud quos flagitium eſt feram ab alio exagitatam & à canib9 defatigatam intercipere. Sed Suecus quibuſdam euaſionibus tranſitiones illas eludebat. Contra quem rex modeſtiſsimus ſummo iure noluit vti. Dedit hoc affinitati, dedit tranquillitati Reipublicæ Chriſtianæ. Res tamen ad Senatum relata in aliud tempus diſcutienda reiicitur.

Neuel 57. 53. arx.

Nevvmul 50. 10. 48.

Naihaus 87. 48. 4. non remotè à Peczory.

Neiſchlos 58. 8. 52. 8.

Nargen 61. 49. Inſula ad Reuel quæ indicat ſuo nomine iter ad Naruam.

Nothburg 62. 56. valdè ſeptemtrionalis ad Ladensko lacum in Curlandia.

Nemelovv 57. 46.

Meiſchlos 61. 5. 52. 11. in ipſis anguſtiis lacus Peibas ex quibus Narua flumen exoritur.

O

OSSILIA 59. 49. inſula pulcherrima in mari Liuonico. Eam cruceſignati Daniæ regi prodiderunt. Qui potiuntur hac inſula, de dominio maris illius præſumunt, & impedire nauigationes Liuoniæ poſſunt.

Oreſsko 63. 59. ad flumen Pulno Koraliam verſus. Tentata hæc Suecorum armis ſtatim poſt bellum finitum inter Moſchum & Regem. Diſtat ab Iamno 26. milliaribus. Polno flumen diſlimitat Sueciam & Moſchouiam.

Olſen 59. 6. 50. 10. ad lacum qui manat Peczury.
Oſtrovv 59. 11. 52. 4. arx ad flumen Velika,vbi exercitus regius præludiũ felix & experimentum fecit virium ſuarum, antequam Pleſcouiam obſidione cingeret.
Opoczka 59. 1. 53. 5.
Operpal 60. 8. 50. 11.

P

Pleskouia 60. 8. 51. 8. Deſcriptiones Pleſcouiæ vbique apud autores occurrunt. Quomodo autem oppugnata à noſtris & in anguſtum redacta lib. 8. hiſtoriæ noſtræ reperies. Diſtat à Riga 60. milliaribus & totidem à Polocko, quod & circino probare potes. A Torpato ſeu Derpt 21. à Narua 16.
Polock 57. 9. 52. 11. regia quondam principum Ruſſiæ.
Polno flu. 63. 56. ad hoc Oreſſek eſt ſitum.
Pskovvka fl. 60. 52. vrbem ipſam Pskovv permeat. Caſtra regia ad eundem profluentem metata erant.
Parnaua noua 60. 9. 48. 2. ad littus fluminis Vbra. Cis verò flumen Haſpaliam verſus Stara Parnaua cernitur.
Pemburg 57. 10. 57. 10.
Pebalgen 58. 1. 49. 10.
Peczury 60. 3. 51. 9. Monaſteriũ inſigne.
Porchovv 60. 5. 53. 11.
Pirkul 69. 5. 48. 9.
Peibus lacus 61. 52. ex quo Narua demanat ſtatim poſt Pleskouiam.
Proclud 61. 49. in iſthmo Finlãdiæ è regione Reuel.
Pades 61. 8. 48. 11.
Pilten 57. 8. 45. 11. ad Windæ fluminis ripam à Danis adhuc poſsidetur,ſed liberatur.
Plen 55. 7. 46. 3.
Parnaua flu. 60. 48.

R

Riga 57. 5. 47. 7. Vrbs ampliſsima opulentiſſimaq;,metropolis Liuoniæ. Huius altitudinem ferè eandem cum Gedano Geographus Venetorum facit,quem errorem correxi,& littus Liuonicum paulò altius aſſurgere feci. Conſtat enim vrbem Vilnenſem cum Gedano eandem latitudinis rationem habere. At Vilna Rigã euntes via ſeptemtrionali quadraginta milliaria eme-

tiuntur

tiuntur,quæ duos gradus efficiunt & paulò plus.Itaq; duobus gradibus Rigam cum ſuo littore aſſurgere feci.Hęc vrbs per hos motus bellicos,viginti & aliquot annos varios caſus fortunæ experta eſt, & miris modis iam à Regibus inſularibus, iam à Moſchis petita eſt, tandem liberata gratias agere debet Regi Poloniæ, quod eam reſpirare fecit, & portum ei à Witepsko vſque per octoginta milliaria patefecit. Situs eius, & reſtagnationes maris in maiore ſpacio vt melius cerni queant adiecimus.

Reuel 61. 8. 49. 8. Vrbs ampliſsima, poſt Rigam ſecundo loco habita: à Sueuorum Rege præerepta.Sed Venedicus ſinus (vt nomen ipſum indicat) non niſi Venedos,id eſt,Slauonicæ linguæ populos pro veris & legitimis habuit hæredibus.

Rum inſula	61.	8.	49.	8:	
Rodenpas	58.	3.	48.	8.	
Rop	58.	11.	48.	10.	
Rozemberg	59.	2.	48.	10.	
Ringen	59.	7.	48.	4.	
Romiten	57.	8.	50.	11.	ad lacum Ludan.
Randen	59.	9.	49.	4.	ad lacum Wirtſſer.

Rexheim 62. 51. id eſt, domus regis,& Moſchi vocant ſtagnum illud Coraliam,quod idem ſignificat.

Rimach 64: 6: 58:

S

Semigallia 56. 6. 49. 6. Regio quæ Lithvvanię à meridie, Curlandiæ verò à ſeptemtrione contigua eſt, non procul à Vilna: ſed Duci Curlandiæ attributa eſt.

Samogitia 55. 45. Terminatur ab ortu linea ducta à Kauno ad Bansko, ab occaſu littore maris ad Memel & Libam, à meridie flumine Nemen,& tandem mare verſus decurrit cum profluente Tang, à ſeptemtrione Curlandiæ. Malui more Strabonis circumſcribere fines harum regionum quàm typum ipſum frequentibus lineis deformare.

Sauolocie 58. 8. 54. 12. Munitio in firmiſsimo loco paludibus & lacubus vndique ſepta, ſed à noſtris (duce Magnifico Ioanne Zamoſcio) Rodiorum militum artibus oppugnata & defatigata ægrè ſalutem impetrauit.

Serben 58. 4. 49. 9. Serborum nomen notum eſt, qui aut hîc in vicinia ad Venedicum ſinum olim conſederant, aut cum Lubecenſib. illi Venedi & Sorabi tranſierant,qui in Saxonia hactenus habitant,& nomen eorum in eo oppido hæſit.

Sacel 57. 7. 49. 7.
Segenuuk 57. 12. 48. 9.
Suein 57. 12. 49. 5.
Sedue flu. 59. 48.
Sexuegen 58. 1. 50. 1.
Sangrac 59. 5. 49. 10. Exiſtimo in fauorem Gratiani Pontificis oppido nomen impoſitum,qui aut fundauit aut auxit ordinem iſtum.
Siebielż 55. 2. 53. 4.
Salas 59. 6. 47. 12.
Selgar 61. 4. 52. 12. Inſula cum oppido in lacū Peib as:innatat veluti Rodis. Iam vides totā Liuoniam ſtagnis & fluminibus mariſque portubus ita refertam eſſe vt putes Venecíam riuis diſtinctam.
S. Brigitta 61. 6. 50. 4. Diuæ Brigittæ nomen celebre eſt.
Srunden 57. 1. 45. Ad Vinden.
Sabel 57. 45. Ad Vinden.
Senemborg 60. 46. ad Oſsiliam inſulam.
Sokol 57. 53. aliquot milliaribus à Polocko Duce belli Meletio expugnata. Ibi Seremet Moſchorum Dux nominatiſsimus captᵒ, plurimi bellatores eius cæſi & trucidati roburq; Magni Ducis concidit. Miſsi erant iſti ad ferenda ſubſidia Polocenſibus.

T

Treiden 58. 11. 48. 7. Ciuitas ad flu. Treidera.
Tricaten 58. 11. 49. 10.
Treidera flu. 58. 49.
Tyrſen 58. 5. 50. 3. Oppidum in quo veterum populorum Agatyrſorum,qui hîc habitabant nomen hæſit,non remotè à Kokienhaus.
Taurus 59. 10. 48. 10. arx firma.
Tolzborg 61. 8. 51. 4. In Cherſoneſo quodam Venedici ſinus vrbs inter Reuel & Naruam.
Tuccum 57. 5. 46. 11.
Toropec 58. 56. vbi Signifer regius Marcus Sobieſki denſa nube ſagittarum petitus, aliquot in lumbis, plura ex penula pendentia tela ad exercitum reportauit. Situs arcis eſt vltra Luki veliki.

V

Vitepsko 57. 4. 55. 1. Si benè obſeruauit D. Guagninus diſtantiam eius ab Orſſa, nempe 18. milliarium, tunc appoſitè ſic collocabitur. Eſt firmiſsimum municipium duas habens arces, nec ei par habetur in illa regione. Quondam Ducum Ruſsiæ fuit ſedes.

Vik 60. 46. In inſula Oſsilia vrbs & territorium Vikenlandia dicebatur. Hæc vna cum Haſpalia Epiſcopi ditionis fuit.

Vendin	58.	11.	49.	2.	noſtri Kies vocant.
Vanzel	59.	2.	48.	6.	
Wolmirz	58.	12.	49.	11.	
Walk	59	6.	49.	3.	

Velika flu. 59. 56. Forſan ideo ſic vocata, quòd ſit flumen magnum. Nam noſtra lingua velika ſignificat magnam. Aut quia non procul oritur à Veliki Luki.

Voroniecz	58.		55.		
Welin ſeu Felin	60.		49.	9.	

Wirtſcher 60. 49. lacus nobilis paulò ſupra Derbt vicinum arci Taurus.

Wiskiel 60. 9. 49. 3. Sita eſt inter duo flumina, Amoza & Embde.

Vircenbeg	60.	10.	51.	5.	
Weyſenſtein	60.	9.	49.	9.	noſtri vocant Bialy kamien.
Veiſen	60.	3.	50.	9.	
Wranga	61.		50.		inſula è regione arcis Kolek.
Wibor	62.		50.		è regione Koropeiæ.
Velikie luki	58.	5.	55.		vide Luki.
Vindovv flu.	57.		45.		vide dictionem Vendin.

Venedicus ſinus 61. Eſt mare mediterraneum inter Liuoniam & Finlandiam, ſed Geographorum pars magna errat quod eum in ſeptemtrionem nimis obliquè dirigunt, cum ſtatim ab Haſpalia inflexio eiꝰ ſit incipienda, & iuxta paralellum ſexageſimum ſecundum orientem verſus debeat extendi. Quod niſi faciamus, milliarium veram diſtantiam amittemus & experientiæ repugnabimus. Ego itinerarium exercitus ſequutus ſum. Vocabatur autem Ptolomæi temporibus ſinus Venedicus totum mare Pruſsiacum. Totum autem mare inter Pruſsiam, Liuoniam, & Daniam, Oceanus, Sarmaticus, à Ptolomæo vocatur, vt liquet ex tabula 4 Germaniæ. Nunc tantùm Venedici maris in illo ſinu paruo nomen hæſit. Probatur autem teſtimonio linguæ totius Germaniæ Venedos vocari, non modò illos Vinidas qui in Saxonia habitant, ſed etiam illos qui in Slauonia, adeoq; omnes qui lingua Slauonica vtuntur.

ca vtuntur. Quod ſi ita eſt, conſtat ergo totum illud Venedicum mare antiquitus poſeſſum fuiſſe à Venedis, hoc eſt à Ruſsis qui à Venedis ſeu Henetis originem ſuam & appellationem deriuant. Et ideo Moſchorum Ducem mortuum eo reſpectu bellum mouiſſe puto iſtis regionibus, quòd plurimum mouebatur veterum Geographorum tam euidenti teſtimonio. Penes hunc Venedicum ſinum Finonicus ſinus maris proximè ſtatuitur gradu ferè 70. Ibi *Vide Olaum Gothum.* eſt crux collocata lapidea, vltra quam ſub capitali pœna à rege Svvecorum progredi peregrinantibus prohibitum eſt, niſi prius ſumant facultatem ab ipſo Rege. Nos quoque hîc ad iſtam crucem finem huic chorographiæ faciemus.

37

Errata ſic corrigito.

B. 1. *Et ritè applicato : in margine addes. Siue illi loci non fuerint expreßè depicti.*
B. 2. *pro Oartorium lege Oratorium.*
B. 4. *iuxta verò regios luſtratores XXXI. dele tantùm.*
C. 2. *pro Dzuan ducis Oſtrouienſis lege Dubno 50. 5. 48. habitaculum Ducis Oſtrouienſis.*
C. 3. *pro ſicut & ſitum lege : ſitum ſicut & nominis etymon.*
C. 4. *pro Otthomari lege Otthocari.*
D. 3. *pro Martomaui Marcomani.*
E. 2. *pro vbi id accigit lege vbi id accidit qui Chriſtiani ſunt &c.*
E. 2. *verſa. pag: pro donatiua donatiuum.*
F. 1. *pro Ruſtauica Raſtauica.*
F. 2. *pro Sprea volunt & rectius, lege, & non benè.*
G. 4. *pro bellis Prutenicis lege, in bellis Prutenicis Moſchouiticis & antea Tartaricis.*

Epicedium Regis Gustavi Adolphi ad Lipsiam secundum sed minus secundi cruentati victoris.

Martis et Artis erat cultor Gustavus Adolphus
Sed tamen in terris mortis Alumnus erat.
Hinc iam per mortem patet ipsi ianua coeli
Per martem atq artem nullibi mortis erit.

Znac ze to Szwetyckie skladanie

D. s. dio Sylesiae a Regno Poloniae Fol. 305.

Anno Chri. 1320 Jus coronan(di) Regis atq(ue) ipsa insignia Regni Gnesna Cracov(iam) sunt translata. Vladislao Loctico tunc Regnante. cuius vide fol. 301

Viri docti in Hispania.

Fulgentius, Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, Paulus Orosius, Paulus Burgensis, Alphonsus Rex Astrologus, qui edidit libru[m], scilicet historiam mundi, et librum de motibus coelorum et stellarum: Columella, Higinius, Sedulius poeta, Quintilianus Rhetor ac philosophus, magni pretij a Galba Caesare Romam perductus, ubi scholam tenens clarissimus habitus est. Seneca orator stoicus philosophus Cordubensis, Neronis Imperatoris praeceptor, patruus Lucani poetae. Tantae fuit memoriae, ut duo millia nomina recitata eo quo fuerant dicta ordine mox recitabat. Biennio ante martyrium Petri et Pauli a Nerone morte mulctatur: in tepenti aqua apertis venis, spiritum exhalavit. Pomponius Mela, Iustinus historicus, Raimundus Lullus, comentator Averroes, Avicena medicus et philosophus, et alij multi.

In Regno Mediae, Hyrcaniae fertilitas.

Vitis vini metretam affert, ficus modios sexaginta: frumentum ex semine autumni decidente sine cultu nascitur, et adolescit. Maxima mellis copia ex arborum folijs defluit; in arboribus mellificantur: quercus folia ante ortum solis plurimo multo melle madent, sed orto sole decidit.

In Anno Salvatoris 310 Constantinus Magnus Imperium ab Italis ad Graecos transtulit vel eo consilio ut opidore et opportunius eo commoraretur gentes bellum gereret vel Italis voluit ut [illegible] Imperium utrumque tam occidentale quam orientale obtineret.

[illegible] familias cum [illegible] inter sese [illegible] et [illegible] inter se digladiat[illegible] [illegible] wuiderent. Hic mos fuit antiquus Romanis et [illegible] licet apud Livium. hic et Turcis et [illegible] Graecorum [illegible] [illegible]. hic [illegible] quibusque [illegible] gentibus.

[illegible] autem salutarem et antiquam (ut [illegible] licet) veritat[illegible] Gustavus [illegible] qui Moscovos cum Polonos [illegible] [illegible] [illegible] Prussiae et Livoniae magna ex parte [illegible] [illegible] modo viribus destitutus et negotio belli cum Polonis [illegible] [illegible], ac [illegible] triumphis, Polonorum de Moschico bello [illegible]

[illegible]

Anno Domini

Bm.